Sermones Quadragesimales de vitijs Reuerendi patris fratris Antonij Bitontini : per modum dyalogi ad Illustrem et religioſiſſimũ principẽ Guidantoniũ Urbini ac Durãtis Comitem precellẽtiſſimũ



Inuētariū siue tabula eorū q̄ in hoc dialogo vel quadragesimali de vitijs continentur ordine alphabetico sequitur.

De A

De B

De C

De D

mus. Sermo.lviij.per totum.
Dolositas mercatoris tribus signis depēhendi pōt. Ser.xix.in pncipio.

De E

Ecclesiasticis viris et religiosis an liceat mercātias exercere. Sermo.xvj.pte.j.

Electio est duplex. Ser.ix.pte.ij.
Emens agrū vel vineā satis mīori precio q̄ valet sub cōditiōe:an vsurā cōmittat.Ser.xix.in principio
Euendo vel vendendo nō circūue nire pximū tria regrūt.ser.xxj.i pn
Episcop⁹ quid ā tēptat⁹ fuit assidue a dyabolo carnis pcō.ser.iiij.pte.ij.
Errores circa sacrā cōionē ɔmittūt multipliceo.Ser.lv.et.lvj. p totum
Erubescētib⁹ cōfiteri:tria remedia adhiberi debēt.Ser.xlvij.parte.ij.
Eucharistie sacramētū sumit duobus modis. Sermo.lv.parte.j.
Eucharistiā nō sumētes:saltē semel in anno varie puniūt.ser.lv.pte.j.
Eucharistiā sumendā quando pueri inducendi sunt.Ser.lv.par.ij.
Ab eucharistia qui abstinere debēt Sermo.lv.parte.iij.
Eucharistia an cū ɔscientia pcī mortalis sumēda sit. Sermo.lvj.in pn.
Eucharistia presūptuose sumentes scurrūt.xij.maledictiōes.ser.lvj. p.
Eucharistie sacramētū an inter cetera sacramēta sit sublimi⁹. Sermo lvij.in pineipio.
Eucharistie sacramentū qn:vbi:et quare istitutū ē.Sermo.lvij.pte.j.
Eucharistia cōparatur māne ppter vij.proprietates. Ser.lvij.parte.ij.
Ad eucharistiā sumēdā obligamur q̄druplici rōne.Sermo.lvij.ptc.iij
Eucharistiā sumēs ex ignorantia: an mortalr peccat. Sermo.lix.i pn.
Ad eucharistiaꝫ digne percipiendā nouē pparatōes regrūt.ser.lix.p to
Eucharistiā receptur⁹ debet septē considerare. Sermo.lix.parte.iij.
Euitare pctm̄ an post homo sua p pri aptāte. Sermo.iij.an principio
Exempla pfectiōis.xv.docuit nos xp̄s pendēs in cruce.ser.lviij.pte.iij

De F

Facere aut velle mala an pōt de⁹. Sermo.iiij.in pri.

Falsū et temerariū iudiciū mītis modis euenire solet. Ser.xxxij.per to.
Fama hoīs dupliciter denigratur. Sermo.xxix.parte.j.
Fatu⁹ esse pbat qui pecuniā p loca piculosa secū portat. ser.xxvj.pte.j.
Fetidus dr̄ quilibet pcōr ex tribus Sermo.lix.parte.j.
Fidē pmissaꝫ nō tenētes triplici pena puniūtur. Sermo.xx.parte.j.
Finale iudiciū qn̄ fiet: quō ordinabitur et.xv.signa ei⁹.Ser.xv. p totū
Flāmas amoris septē emisit xp̄s pēdens in cruce. Ser.lviij.pte.ij. 19 1
Fortune bona tria sunt.ser.v.per.j
Fraudes nouē in vendēdo et emendo mercatores et artiste sepius operantur. Sermo.xxj.per totum.
Fructus et temerarij et falsi iudicij

De J

Justicia tribus modis accipit. Sermone.ij.parte.ij.
Justicia z misericordia quomodo relucent in omnibus operibus de i Sermone vij.in principio.

De L

Laborare debet

hō assidue ne dyabolus illuz inueniat ociosuz. Sermo.xxxv.per totū
Lac' sodomoꝝ nihil viuū in se retinere potest.ser.xxxvij.parte.iij.
Latroni in cruce iesus paradisū sn bito ꝓmisit ꝓpter.vij. vtutes quas in eo cognouit.Ser.lvij.pte.ij. 192
Laus ꝓpria vocat iactātia.z qñ est pctm̄ mortale. Sermo.xj.parte.j
Lepra septuplex in sacra scriptura reperitur.Sermo.v.parte.ij.
Lex est triplex. Sermo.ij. parte. j.
Libero arbitrio vtit hō ante pctm̄: sed post peccatū obligat dyabolo Sermone.iij.parte. j.
Luciferi peccatū vnde ꝓcessit. Sermo.ix.parte.ij.
Luciferi pctm̄ quare erat irremissibile. Sermo.iij.parte.ij.
Luxuria qd sit: z q̄t modis cōmittitur. Sermo.xxxviij.per totum.
An oīs actus luxurie sit pctm̄. Sermo.xxxviij.in principio.
Luxuria procedit ex quattuor. Sermo.xxxviij.parte.j.
Luxuria priuat hoīez triplici bono Sermone.xxxviij. parte.ij.
Luxuria quatuor filias habet. Sermone.xxxviij.parte.iij.

De M

Machomet' precepit in suo alcharano vt blasphemās xp̄m z mariā virginē medius diuideret. Sermo.xliiij.parte.ij.
Magdalena deplorabat morte xp̄i mgr̄i sui cum septē artibus liberalibus. Sermo.lviij.parte.ij. 195
Magnanimi virtus est iniurias obliuisci: z ibi exemplū de alexandro magno. Sermo.liij.parte.ij.
Mala an velit deus in mūdo fieri Sermone.iiij.in principio.
Maledictōes auaroꝝ in sacra scriptura septē reperiūt.ser.xxvj.pte.ij
Maledictionib' duodeci blasphemi puniūtur.Sermo.xliij.parte.j.
Malignoꝝ spirituū iudiciū in quodam templo. Sermo.iiij.parte.ij.
Salu; ſm theologos triplex reperitur. Sermo.xiij.parte.iij.
Mādata dīna ſuare z ṽtutes exercere intelligit duplr.Ser.ij.parte.j.
Manne cōpatur eucharistia ꝓpter septē ꝓprietates. Sermo.lvij.pte.ij.
Maria virgo deplorabat morte xp̄i ꝓpt sex rōnes. Ser.lviij.pte.ij. 194
In mr̄imonio tria bona reperiūt. Sermone.xxxvj.parte.ij.
Medicus ignorās artē medicie homicida est. Sermo.xl.parte.j.
Medicia bona z oportuna: tres cōditiōes habere debet. Ser.lj.pte.ij
Memoria hoīs vario mō obfuscat per peccatū. Sermo.vj.parte.iij.
Memoria finalis iudicij ad triayti

De N

Natura humana

De O

Oblatio fuit pm̄ū

De P

Pacē cū inimicis

De T

Taxatio an rebus

De V

Ualor quarūcūq̄ꝫ

Sequūtur Rubrice siue tituli Sermonū huius opis.

¶ Ad illustrem et religiosissimuz principē dominū Guidātoniū mōtis ferreti Urbini ac Durantis p̄cellentissimū Comitez: Fratris Antonij bitontini: ordinis minoꝝ professoris indigni prohemialis epistola īcipit. Ubi declarat̄ quare deus peccabile fecit genus humanum.

Dubitatoria quibusdam sepenumero solituz fuit Religiosissime priceps: Cur deus qui vt geñ.j. legit̄ vidit cūcta q̄ fecerat: et erāt valde bona: humanā naturā peccabilez fecerit? Optimi enī: vt dionysius ait: interest optima facere. Cū aūt ip̄e deus optimus sit: nihil nisi optimū facere debet. Nec tñ isti nō recte cogitātes sapiunt simpliciter eē optimū: vel in quodā ordine positū. Oportuit enim teste doctore beato atqꝫ seraphico nostro bonauētura: omniū rerū opificē hominez facere eo statu: quo decentius atqꝫ gloriosius saluaret̄. Qui stat⁹ licet optimus minime simpliciter sit: est tamē cōgruentissimus: et humane nature optimus in ordine meriti. Sed q̄zq̄z viribus totis insistere debeamus vt in omnibus que mūdi rota versantur: voluntas nostra diuine volūtati conformis fiat: cuz quotidie in oratione dominica postulemus: fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Et recte quidē: q: sicut corpus sine anima viuere non potest: ita voluntas nostra sine volūtate diuina: gratie vitā nequaq̄ habet: psalmista testāte qui ait. Uita in voluntate eius. Et lꝫ etiā in.j. c.j. distin.ij. li. sentē. magister dicat Uolūtatis dei causa querenda nō est: tamē ad excitandā deuotionez in mente fidelium: et cōpescendaz rabiez in ore blasphemantiū et deum in suis operibus inculpantiū: melius ac congruentius esse ipsuz facere humanā naturā peccabilez vel que peccare possit qd̄ idem est triplici modo ostendet̄: tuz ex parte hominis: tum ex parte mūdi: tū ex parte creatoris totius vniuersi. Ex eo namqꝫ q̄ creatura ratiōabilis ita facta est vt peccare possit: ex parte hominis quadruplici ratōe melius esse cognoscit̄. Primo enī ratiōe laudis. quia si deus rationabilem creaturā peccabilem non fecisset: nullus iustus eo q̄ nō peccasset laudabilis extimaretur. Quis eniz laudādus est si ea nō agit que sua facultate facere nō valet. Neqꝫ mutus ab aliquo laudatus fuit eo q̄ tacet: qui facultate loquēdi omnimode caret Sed ille laudari merito debꝫ: qui iuxta sapiētē potuit facere mala et non fecit: cuius stabilita sunt bona illius in domino. vti fuit ille sanctus p̄pheta dauid: qui saulez bis interficere valens: penit⁹ noluit. Idcirco beatus gregorius

ait. Deus fecit naturā bonā. f. ratio
nabilem eo q mutabilē condidit
Secūdo ēt hoc pbandū est ex par
te hominis ratiōe honoris. Hono
rabilius enim quisq; p virtutē pro
priā q̄ p alienā electionē aliquid
habet. Quare si creatura ratio/
nabilis impeccabilis creata fuisset
priuata omni merito sola dñi volū
tate z electiōe celorū btitudinē ha
buisset: qd nō illius honoris est: ac
si ppria virtute z eius et nō alteri⁹
gloria atq; victoria beata extitisset
Nam pcursor dñi ideo ab eo lau/
datus est: eo qd ab ineūte etate he
remi vasta penetrās pro acquirēda
gloria militauit. Unū saluator Joh.
ij. ca. ait: A diebus iohānisbaptiste
regnū celorū vim patitur z violēti
rapiunt illud. Sic z aplus paulus
pugnabat viriliter: cū ad Ro. viij.
ca. scribēs aiebat. Quis nos sepe/
rabit a caritate cristi: tribulatio. an
angustia: an psecutio: an fames: an
nuditas: an piculū: an gladius? Et
infra. Cert⁹ sum eni q: neq; mors:
neq; vita. neq; angeli: neq; principa
tus: neq; vtutes: neq; instātia: neq;
futura: neq; fortitudo: neq; altitu/
do: neq; pfūdū: neq; creatura alia
poterit nos separe a caritate dei.
Tertio loco idē pbandū est ex pte
homis ratiōe gre conseruatiōis. Cū
eni teste gregorio hūilitas sit custos
oīm virtutū: voluit ipe deus crea/
turā rationabilē vertibilē facere vt
causam hūilitatis haberet: ac calcā
do supbiā pueniēs ad gre culmen
vtutū anchora se firmaret. Hac hu
militatis causam aplus habuit qn
de se ipso. ij. ad cor. xij. c. dixit. Ne
magnitudo reuelationum extollat
me datus est mihi stimulus carnis
mee. angelus sathane qui nō colla
phizet. Ultimo id elucidandū est
ex pte homis ratiōe melioratiōis.
Ex hoc eni qd creatura rationabil'
ad casum ordinat: stat⁹ eius multo
amplius meliorat. Sepe quidē eue
nit vt vtilis sit cōbustio domus cū
in melius resarcit. Sic ēt quādoq;
iustos deus cadere sinit vt fortio/
res ipi resurgāt. Cecidit eni petr⁹
et deinceps fortior effect⁹ ēt. Ceci/
dit magdalēa: z ex multis cepit ma
culis nimiū flere: z ex hoc nō solū
oim pctōz veniā meruit obtinere:
sed z dñi colloquia familiari⁹ dul/
citer degustare. Ad quē sensuz ver
ba dñi que ioh. xij. scripta sunt di/
ci possunt. Nisi inquit granū fru/
mēti cadēs in terrā mortuū fuerit:
ipm solū manet. Si aūt mortuū fu
erit multū fructū affert. Has quidē
fere oēs ratiōes Hieronimus vir
eloquētissimus ad demetriadē ex/
plicat dicēs. Hinc vtiq; iam puidē
dū est ne forte illud remordeat te
in quo temere impitū vulgus offē/
dit: vt iō nō vere bonū fēm hoiem
putes: q: is facere malū potest: nec
ipa natura astringat ad imuta bilis
boni necessitatē. Nā si diligēter rez
tractes z ad subtiliorē itellectū ani
mū cogas: hic tibi melior stat⁹ hois
ac supior appebit. vnde putat iferi

or. In hoc eni gemini itineris dis/crimine: in hac vtriusq libertate partis rationalis aie decus positu est. Hinc inq totus nature nre ho nor cōsistit: hinc dignitas: hinc de/mum optimi quiq laudē merētur: hinc pmiū. Nec esset oino vlla vtus in bono pseuerantis: si is ad malū trāsire nō potuisset. Volens nāq deus rationabilē creaturā voluntarij boni munere ac liberi arbitrij po/testate dotare: vtriusq ptis possibi litatē homi inserēdo ,ppriū eius fe cit esse qd velit: vt boni & mali ca/pax naturaliter vtrūq possit & ad alterutr voluntatē deflecteret. Neq eni aliter spōtaneū habere poterat bonū: nisi eque & malū habere po/tuisset. Utrūq nos posse voluit op timus creator facere: sed vnū facere bonū. s. qd & impauit: maliq facul tatē ad hoc tantū dedit vt volūtatē eius ex volūtate nra facerem9: qd cū ita sit: hoc quoq ipm qd & malū fa cere possimus bonū est. Bonū inq quia boni partē meliorē facit: facit eni illā voluntariā sui iuris nō neces sitate deuictā: s; iudicio liberā. Li/cet quippe nobis eligere: pbare: re spuere: nec est quo magis rationa/bilis creatura ceteris pferat: nisi qd cū oia alia cōditionis tantū ac neces sitatis bonū habeāt: hec sola ēt ha bet volūtatis. Hic ille Hieronim9 peritissim9 hoim. Ex pte deniq to tius mūdi hoc fieri qdruplici ra/tiōe ꝯcludit. Prima eni ratio pfe/ctōis potest denoiari. Nā aug. invo lumie d libero arbi. dicit. Ad plenā pfectionē vniuersi oēm creaturā fi eri debuit que a recta ratiōe potuit excogitari. Cū ergo ad vniuersi p fectionē spectare rationabiliter ex cogitari potest creaturā que habe/ret libertatē arbitrij atq sui relinq ret in manu cōsilij: decuit ex ea re cā invertibilitatis statu ꝯstitui. Al tera quidē ratio mediatiōis potest appellari. Nā in mūdo quid inue/nit quod nisi bonū agere potest vt angelus iā cōfirmat9 in grā: & aliud qd nisi malū vt sathanas obstinat9 in malicia. Cōgruū ergo erat aliqd inueniri qd bonū & malū agere pos set: vt tandē ex merito vel ꝯfirmare tur in grā: vel damnaret in pena. Est ptere a & alia ratio que decora/tiōis potest nūcupari: qr id pulcri/us in mūdo sit qd ad ipm decorem magis spectare videtur. Creaturā nāq rōnabilē eē vtibilē rōe liberi ar bitrij pulchri9 in vniuerso eē decer nit. Proin aug9. ait. Meli9 est aial rōnale qd potest peccare. Qd & de ptāte liberi arbitrij vt supi9 dixim9 fm Ricardi sentētiā intelligendū est. Hoc piter erat ad decorē mūdi. Et hac in pte est qrta & vltima ra tio q exaltatiōis potest ititulari qd maioris excellētie retinet. Cum er go creatura rōnabilis huiusmodi sit: quis hoc nō esse meli9 iudicaret Hinc moralis doctor. 5. libro mo/raliū ait. Boni angeli eo apud deū maioris meriti fuerūt quo mutabi litatis sue motū volūtatis statione

fixerūt. Ex eo nāq3 qd̄ creatura rō nalis mutabilis facta est: ex parte dei totidē3 rōnibus meli⁹ probari potest. Et primo ratione potentie. quia voluit creator optim⁹ creature rōnali demonstrare vt sicut sine eo facta nō fuerat: ita nec sine ipō p sistere poterat. Ut igiꝭ ipsa cognosceret qd̄ donū possz eē nō solū creatiuū sz ꝛ cōsuatiuū oīs potētie: ꝛ qd̄ ipē solus est q minime deficere valet: nec expugnari aliquo modo potest. Ideo sibi placuit ipām creaturā rōnalem vertibilē facere: q̄tenus expimēto disceret: qd̄ mardocheus hester sapiētis auūculus in orōne sua deuotus explicat: qui vt xiij. c. illius sctē mulieris scriptū est in semetipō mutabilitatē hoīs ꝛ imutabilitatē dei cōsiderās dixit. Dn̄e rex oīps in ditiōe tua cūcta sūt posita ꝛ nō est q possit tue resistere volūtati. Uñ aug⁹. ait. Nō est potestas nisi a deo siue iubēte siue sinēte Quā eruditissimā sñiaz in ca. Qui culpaꝭ. xxiij. q. j. Gratianus ānotat Scd̄o idē ostendiꝭ rōne sapientie. Scire eniz bona cū malis ordinare: ac ex eis malis bona quidē eligere: maioris est sapiētie q̄z bona duntaxat cū bonis ordine ponere. Idcirco cū nō deceret deū agere mala: rōnalē creaturā talem facere debuit que in opādo deficere posset: quatenus ordinādo mala cū bonis suā sapiētiā manifestaret. Qua ex re aug⁹. ait. Ex q̄cūq3 malo nouit deus maximū bonū eligere. vt exemplo luciferi casum ad hoīs creationē: ꝛ hoīs lapsum ad cristi incarnationē nō sine indicibili sapiētia ordiare disposuit. Qd̄ illūinat⁹ doctor supra diuinoꝝ miraculoꝛu3 supremū esse decreuit. Non eniz in artifice est magne solertie si de bona materia bonū artificiū agat: sed mire sapiētie dici potest si de re vili quid boni quidve magni instituat Hic est qd̄ ade culpā rem vtiq3 prauā. btūs greg. feliceē appellat dicēs O felix culpa que talē ac tantū meruit habere redēptorē. Tertio loco idē pbaꝭ rōne clemētie que nobis ostensa nō esset si humanū genus pctō nō egrotasset. Quia sicut sine periculo vel cōtrario vtus fortitudinis nō cognosciꝭ: ita nob̄ mīa dei sine pcti mīsia nō māifestaꝭ: iō certe q2 homo peccauit: filiū suū vnigenitū i mūdo de⁹ misit. Unde ioh̄. iij. ca. scribiꝭ. Sic deus dilexit mūdū: vt filiū suū vnigenitū daret: q2 mīsicors ꝛ miserator dn̄s. et ei⁹ mīe abissus multa: que ab eterno ꝛ vsq3 in eternū regnare nō cessat. Ultio qd̄ diximus approbaꝭ rōne iusticie: qua deus mala punit: ꝛ bona remunerat: qua ꝛ iustū eū ppħa denoīat dicēs. Iustus es dn̄e ꝛ rectū iudiciū tuū: ꝛ adeo vt Grego. teste. hūana iusticia diuine iusticie cōparata iniusticia est: quia ꝛ lucerna in tenebris fulgere cerniꝭ sed in solis radijs posita tenebraꝭ. Et recte quidē: q2 quicquid in deo esse crediꝭ deus est: et cū ipē infinit⁹ sit: iusticiā eius ēt in

finitã nullus ãbigere debet: apud quẽ iuxta pphetã: non iustificabit̃ oĩs viuens. Hec aũt q̃ hic breuiter posita sũt: vir pitissim⁹ sup. di. xxiij scđi sententiaꝝ voluminis: beatus bonauentura declarat.

¶ Magnifici ac illustris dñi: Dñi Guidantonij ad eundẽ fratrẽ Antoniũ: petẽtis scire noticiã omniũ mortaliũ ꝛ venialiũ peccatoꝝ: ꝛ vt ad dubia q̃ sup hoc sibi euẽire pñt pñtialiter ipe rñdeat: ac de his omnibus tractatũ quẽdã pficiat: epl'aris breuis responsio incipit.

Quod ad me de creature rationalis cõditiõe per te doctissime scriptum est diu religiose frater vehementer optaui. Cũ multa in aliquis codicib⁹ scripta sint que hui⁹ difficultatis pplexitatẽ maxie augere videbãt. Sapiẽs vtiq; Salomõ li. eccẽ. c. vij dixit. De⁹ fecit hoĩem rectũ ꝛ ipe in finitis se miscuerit q̃stiõib⁹. Si rectus ergo creat⁹ fuerat homo: quõ se miscuerit multis vel ifinitis q̃stionib⁹ aut qua libertate hec fecerat dubitauerã. Audierã q̃ppe vel' lege rã ãgelo atq; homĩ liberũ arbitriũ esse datũ a deo: sed qua rõne sũm⁹ rerũ creator: hec fecerat penit⁹ ignorabã. Firmius tamẽ vnũ ꝛ sine aliqua hesitatiõe credebã: que bona meliora necnõ ꝛ optima sunt fecisse iam deũ: nihil aũt mali in nobis esse volũtate antecedẽte: que naturã ꝛ nõ psonã respicit: vt doctores aiũt: qua ꝛ ẽm apl'n vult oẽs saluos fieri: ipm voluisse credendũ ẽ vnde doct⁹ euãgelista aitiõb. Oia per ipm facta sunt ꝛ sine ipo factũ est nihil. i. pctm̃ vt aug. expõit. Sz ex quo placuisse deo iã pbastie: tũ pro ipsius hoĩs cõmodĩtate: tũ pro totius mũdi nobilitate: tũ p creatoris nři honorabilitate: creaturaꝫ rationalem facere peccabilẽ: ꝛ sibi iam scimus nõ placere pctm̃: qd aliud agendũ est nisi tãta vtute regere naturã vt nõ inclinet̃ ad malũ neq; p eã aliq̃ opet̃ pctm̃ Iã eni tãtũ cõmodũ ex hoc hoĩ puenit vt in de btitudinẽ p fine acquirere valeat. Hinc ppha canit. Btũs vir q nõ abijt in cõsilio impioꝝ ꝛ in via pctoꝝ nõ stetit ꝛ in cathedra pestilẽtie nõ sedit. In expositiõe cui⁹ Remigi⁹ ait. Trib⁹ modis oĩ pctm̃ agitur. Cogitatiõe: delectatõe: ope vel exẽplo. His trib⁹ qui immunis fuerit: vere dici btũs poterit. Ecce enĩ btm̃ a pcõ cogitatiõis exp̃mit dicẽs. Btũs vir q nõ abijt in cõsilio i. malum nõ cogitauit. Et i via peccatoꝝ nõ stetit. i. ꝛ si malũ excogitauit tamẽ ope nõ pfecit. Et in cathe. pe. ñ sedit. i. ꝛ si fragilitate carnis ppeditus cõmisit aliq̃ facinus: non tamẽ in eo pseuerauit. Ut ergo ad btitudinẽ qua facti sum⁹ puenire valeam⁹: totũq; vniuersũ decorare atq; creatori nr̃o vt decet honoꝛeꝫ impẽdere: nedum a pctõ cogitatio

nis sed operis et locutionis immunes nos perseuerare oportet: quod si nostre fragilitati difficillimum est: quia si dixerimus ioh. teste. quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Saltem a peccatis primo purgandi sumus: ne in cathe. pe. sedentes quod absit in malo perseueremus: sed quia quod ignoratur bene euitari non posse censendum est: vehementius obsecro vt de peccatis mihi tractatum instituas: quo plecto scias cautius euitare vel purgare quod debeam. Legi enim sepius et frequenter audiui nonnulla de vitijs que peritorum maxime eruditionem poscere noscuntur: vt clariora fiant: ne minus periti eorum opifice his offendant In quo cum multa que mihi dubia sunt apirivellem: congruentius id fiet si collatione mutua de vitijs tractemus

¶ Ad eum deuotissimum principem ante dicti F. A. Sup tractatum de vitijs per quadragesimam predicando prologus icipit.



Omnium equidem operationum R. P. sic e doctis hauriо triplex differentia esse potest. Quedam. n. operatio est ad quam faciendam preceptore nec adiutore quisque non indiget: que naturalis a viris doctissimis appellatur sicut in puero nato cognoscitur: qui statim exortus vult atque scit appetitu quodam naturali istinctu docente mamas sugere: plorat: dormit: et agit alia que sicut expitur ad oculum natura proprie infantium esse dinoscitur. Alia insuper preter hanc operatio est: ad quam exercendam licet doctore quisque non egeat: tamen agitatore vt ita dicam necesse est habeat: que iuxta sententiam eorundem peritissimorum virorum voluntaria nuncupatur. Scit enim omnis homo bonum velle et vult illud quidem sepe sed tamen negligit operari. Sicut quibusdam quoque accidit quod bona cognoscunt: et mala et praua cupiunt operari. cetera quidem euitare: sed iuuamen agitatoris et gubernatoris: petunt quod eos a malo retrahat et ad bona conducat. Et profecto si huius rei quisque contraria diffinitione affirmare decerneret: in heresim firmiter et fere damnatam pelagiorum incideret. Ceterum et operatio quedam alia reperitur: que vtroque preceptore. s. et gubernatore indigere cognoscitur: quod ab his qui recte sapiunt artificialis appellatur. Ad hoc enim quod quis artem quandam faciat: prius oportet eum habere qui doceat. Postremo iuuamen agitatoris qui per minas et blandicias vt opus erit ad operandum inducat. Xpianorum ergo operatio R. P. que omnes superat sine qua nemo salutem acquirit quam in declinatione mali et operatione boni consistit: Iuxta illud prophete. Declina a malo et fac bonum: naturalis dumtaxat dici non potest: quia si sic esset ex natura omnes saluaremur. Iudei agareni omnisque barbarica gens venire et pariter ad salutem: quod non tantum dici: sed audire nefarium est. Quod enim bonis et malis co

mune est: neqꝫ laudari neqꝫ vitupari debet. Neqꝫ eniꝫ solū volūtariā ośdemus qꝫ sola volūtas nō sufficit ad salutē. Nā si sufficeret: oēs eā pariter cōsequerētur cū btitudinē simul apretere noscunt. Ex quibꝰ ergo restat qḋ artificialis ipsa sit et pceptorē habere debeat q doceat et adiutorē qui cōfortet ꝫ inducat. Primus equidē dn̄s iesus saluator est oīm: cui merito dictū est. Magister scimus qꝫ verax es ꝫ viā dei in vitate doces. Et licet pessima generatio viperarꝫ aīo fraudulēt loqref: tū vitas a q̄cūqꝫ dicaf a spū scō est. Alter vō pdicator est: cuiꝰ ex officio interest pctōres ad lamēta penitentie vocare. Ipe eniꝫ tanqꝫ tuba dei exaltare vocē suā iuxta ppheticuꝫ dictū prudētissime debet: ꝫ eorꝫ populo scelera nūciare: vt mala oīno vitet: ꝫ virtutes que pficiūt aīam accuratiꝰ imitetur. Hinc seraphicus nr̄ sctūs nō modo pdicare voluit ipe amore succēsus caritatis ex alto sed ꝫ fratribꝰ i regula admonitiōe sctissima dixit. vt pplo nūciarēt vitia ꝫ virtutes: penā ꝫ gloriā cū breuitate sermonis. Hoc siquidē pdicādi officiū cristiāe fidei gubernatio ē. Et recte nimiꝫ cū nr̄e artificialis opatiōis sit finis btitudo. Est eni ars: Aristo. teste. collectio preceptorꝫ ad vnū finē tēdentiū. Finis aūt hūāni generis btitudo est. Un in. j. ca. j. dis. sentētiarꝫ scōi volumis legit. Fecit deus creaturā rationalē vt sūmū bonū intelligeret intelligēdo amaret: amādo possideret possidendo frueref. Sed quomō beatitudinis regnū intrare quis poterit vitiis maculatꝰ cum in. xj. ca. apoca. ioh. dicat. Nihil inquinatū itrat i eū: vtinā mūdi essemꝰ. Sꝫ si dixerimꝰ qm̄ pctm̄ non habemꝰ ipi nos seducimꝰ ꝫ vitas in nobis nō est. Unde purgādi sumꝰ vt ad eternā mereamur pucure leticiā nō sacrificio pecudū nō circūcisiōe pputij: vt oim in lege: qꝫ hec in figura pcesserūt: sed pmo sacramēto baptismi quo ab originali peccato mūdamur: deinceps sacramento penitentie: que vt hieronimus ait est secunda tabula post naufragiū Hāc siquidē predicatores necesse estvt nuncient: qꝫ fides ex auditu: auditꝰ aūt p verbū xpi. vt ait apostolus. Sic ex ea vitatis precursor predicationē incepit. Et ideo ipsa vitas postqꝫ in deserto. xl. diebus ꝫ. xl. noctibꝰ ieiunauerat: ad populū quē redempturus erat adueniens: dictorꝫ suorꝫ hoc sumpsit exordiū. Penitentiā agite appropinqbit enim regnū celorꝫ. Quia igitur ad hanc rē nobis vtiqꝫ necessariaꝫ noticia peccatorꝫ eorꝫqꝫ sequentiū valde requirif: dominatōis tue laudo ppositū. licet verear exequi qḋ poscis ne officiū putef abitio Sed qꝫ credita est mihi dispensatio vbi ꝫ ve mihi si nō euangelisauero: ꝫ caritas q̄ omnia vincit: foras mittit timorē: satagorꝫ q̄uis id faciā cum rubore adiplere: qḋ tibi multis credo

pfecturũ. Et idcirco ĩ hoc opusculo q̃ nomini tuo religiosissime princips dedicare pstituo: vna tecũ humiliter de tribus gratia iuuãte diuina tractare dispono. Prio de peccatis de quibus nõ curiose ſʒ iuxta opoꝛtunitatẽ credo plenissime me esse dicturũ. Scđo de cõfessione: q̃ summe necessaria est aliquid breuiter dicã. licet pꝛincipalis intẽtio nõ sit de ea tractare. Postremo de sacratissima domini passiõe ⁊ eucharistie perceptiõe aliquid insinuandũ est. Ut cũ peccata cognoueris ⁊ ea bene cõfessus fueris: in bono ꝓposito mentẽ his valeas tenere firmissime. Ueruȳt hec multis ꝓficere possint: pꝛecipue cũ deuotũ quadragesime tempus imineat: in modũ quadragesimalis operis scribere statui. In quo quidẽ opere vt incedamus oꝛdine congruo sic agendũ est: vt opusculũ p sermões ⁊ sermones per partes singulariter diuidamus: licet in tres tractatus: vt superius dictũ est diuisus sit tot⁹ liber. Mane igitur quolibet: naʒ eo tempoꝛe ex laudabili cõsuetudine in quadragesima deuotioni vacandũ est: ciceronẽ immo gregoriũ sequi volẽtes: dialogoꝛ dicẽdi oꝛdine pꝛestantissimã dñationẽ tuã alloq statuo. vt euangelij occurrẽtis ⁊ in interdũ dũtaxat ĩ die dñico epistole vel ꝓphetie themate ꝓposito eo q; per vnã questiunculã per theologos ⁊ canonistas soluendã introducto: me de tribus. nã nimis hũc oꝛdinẽ diligo: rẽ pꝛopositã tangentibus interrogãti humiliter ſʒ nõ minue plene ibi respondeaʒ. Nõ que erũt mee sentẽtie sed doctoꝛũ sacre pagine ⁊ iuris canonici qbus oĩno credendũ est. Et ad hoc quidem tam audax opus ⁊ mee facultati periculosum venire penit⁹ denegarẽ: nisi deuotionẽ incredibilẽ dñatiõis tue: quã erga religionẽ seraphicã btĩssimi frãcisci: cui⁹ indigne pꝛofessionis sumta teneris vinculis habuisti certe scirem: que talis ac tanta est q̃ omnes eius ꝓfessoꝛes tue cogit seruire volũtati. Meũ ergo erit pꝛopositũ ꝓponere atq; introducere. tuũ vero quid super ꝓposito declarandũ sit interrogare. Et hec que inter nos tũ mutua collatione versant: scriptu remandare disposui. vt posteris sicut diximus ꝓficere valeant: quos pios esse lectoꝛes vehementer oꝛo: ⁊ per dominũ obsecro: debẽtes qc quid in hoc opere inuenerint boni: tribuere diuine bonitati: quic qd vẽ mali: mee iperitie ⁊ parue cognitioni. Et q; feriarũ officioꝝ deuotio a septuagesima incipit: ab ea pꝛincipiũ nostrum in nomine iesu opus habebit: qđ dyalogũ vl̃ quadragesimale de vitijs quisq; lectoꝛ appellabit: eo q̃ quicquid in eo tractatur: ad vitioꝝ cognitionẽ ⁊ purgationeʒ pertinere dinoscif: sicut exẽplaria demõſtrabũt. ¶ Comes

Quod pꝛomittis agere: valde hactenus nõ solũ audire: ſʒ

& per memetipm sepius lege cocu pini. Qua ex re post audita dn op° hoc scriptu habuero parte diei par teq; noctis eius studio qtoad po tero vendicabo. Spero eni q hec pderunt aie mee saluti: & lenitate quada dabut mee cure regimini.

¶ Dominica in septuagesima in mane d peccato in generali sermo primus: quo ostendit quid sit pec catu triplici diffinitioe: quib° diff finitionibus & descriptionibus de declaratur peccatum fm suam ra tione formale esse priuatiuu totius bonitatis: rectitudinis atq; perfe ctionis humane nature. Anto.

Castigo cor pus meu & in seruitu te redigo. j. ad corin. xj. verba sunt ista. Q: hodie scã mater ecele sia Religiosissime princeps de te pore deuiationis humani generis per delictum pmorum parentum mentione facit: qd tempus septua gesime dicit: eo q omne tempus vi te presentis sub etatibus. vij. com prehendi videt. Quaru prima fuit ab adam vsq; ad noe. Secunda a noe vsq; ad abraam. Tertia ab a braam vsq; ad moysen. Quarta a moyse vsq; ad dauid. Quinta a dauid vsq; ad transmigratione ba bilonis. Sexta a transmigratione babilonis vsq; ad xp3. Septima a xpo vsq; ad fine mundi. Pro exor dio peccator tractatus & huius ho dierni sermonis bene merito que ritur. An peccatu pmor parentu fuerit ita grauissimu: vt inde secu ta sit destructio humane nature? Ad cuius dubitationis vel petitois declarationem notandu est fm do ctrina doctoris nostri petri de aqui la super distin. xxj. ij. lib. sente. arti. vlti. Qd licet pctm illud ex se illo primi angeli maius vel grauius no fuerit: tum q: primus homo erat in carne mortali: tu q: erat in voluta tevertibili: tu q: peccauit i trasgres sione excusabili alio. s. suggerente vt ibide beatus bonauentura de clarat. tame ex pessima & grauissi ma eius sequela: omnia peccata in grauitate precellit. Et q: in seque tibus hoc propono largius esse p bandu: istud p nuc scire sufficiat. q: cu natura humana a doctore bo no condita bene fuerit: ipsam solo peccato depravata fuisse cognosci mus. Unde hieronimus ad deme triade virgine scribens ait. Quid istud obsecro est q ad omne pecca tu aut erubescimus aut timemus. & culpam facti nuc rubore vultus: nuc pallore monstramus. ac trepi date aio etia in minimis delictis teste fugimus: conscientia remorde mur. Ex aduerso aute in oi bono leti: costates: intrepidi sumus. idq; si occultu est: pala etia fieri volum° nisi qd testimoio est sibipsi natura q hoc ipso declarat bonu suu: q ei malu displicet. hec ille. Sic eni mi

rabiliter conditi sumus: vt grego. ait: vt ratio animā ꝛ anima possideat corpus: sed peccato interueniente: ita caro mēti repugnat: vt apl̄s ad ro. vij. dicat. Uideo aliā legem in mēbris meis repugnantem legi mētis mee ꝛ captiuantem me in lege peccati que est in mēbris meis. Et ideo ɔtra hāc legē carnis peccato introductā: apl̄us ait vbi supra. Castigo corpus meū ꝛ in seruitutē redigo. Sed vt caritati tue R. P. peccati grauitas clarior fiat: per triplicē eius diffinitionē ostendemus qualiter ipsum peccatū est priuatiuum totius bonitatis: rectitudinis atq̄ perfectionis humane nature. ¶ Comes.

Hoc est illud qd vehementer optaui. Nā cū aug⁹. sup ioh. dicat. nihil eē peccatū: Cur doctores aut quomodo entitatē eius diffiniant: scire valde cōcupisco.

Pars prima sermonis q̄ peccatū est bonitatis humane nature priuatiuum. Antonius.

Peccatum equidē Reli giosissime princeps sicut doctores sacre scripture tractauerūt: quoꝝ beat⁹ bonauētura super dist. xxv. ij. libri sentē. hac de re bene locut⁹ est: dupliciratōe formali. s. ac materiali describi vel diffiniri potest. Prima q̄rū rationū hominē bonis omnib⁹ priuat. ꝛ secunda malis omnibus replet. Sed in presenti sermōe de prima ratiōe loquēdo dico: quod peccatū est bonitatis humane nature priuatiuū. Et ne talis diffinitio absurda videaꝶ: audiamus aug. in libro de ciui. dei: dicentē. Peccatū inquit ipē est absentia boni vbi debet esse. Ubi notandū ꝫm doctorē seraphicū beatū bonauenturaꝫ super dis. xliij. eiusdē lib. quē supius nominauimus: q̄ ipse benign⁹ deus tria bona contulit homini que sibi necessaria erant. Primū istoꝝ bonoꝝ dicit modificatiōis. Nā deus ipē talē modū imposuit homini vt nihil preter eius volūtatē possit appetere: nihil ei cōtrariū possit desiderare: sed semper illud: mat. vj. in oratione dominica dicere: Fiat volūtas tua sicut in celo ꝛ in terra Nec immerito: q̄ testatē ꝓpheta. vita in voluntate eius. Princ ipse psalmo. cxlij. Doce me facere volūtatē tuā q̄ deus me⁹ es tu. Peccatū vero hāc modificationē hominis destruit: vt sicut semp debebat desiderare bonū: nūc quotidie desiderat malū. q̄ salomone puer. xxj. testāte: Lucerna impioꝝ. s. hominū peccatū est. Secundū bonū qd contulit deus humane nature dicit decorationis. Quid enim est virtus nisi decor: hūane nature. Unde seneca dicit: Unū hominis bonū ipsa virtus est. sed petm̄ istā ab homine v̄tutis pulchritudinē abstulit. Proinde hyere. iiij. dicit. Denigrata est super carbones facies eius. Tertiū quidem bonū dicit ordinationis: qd nihil aliud est: nisi q̄ hō in deū

oēs suas cogitatiōes locutiones et operationes tanq̄ȝ in vltimū finē di rigere debet: sicut aplus. co. i. x. do cuit dicēs. Omnia in gloriā dei fa cite. Peccatū vero adeo hominem cecatvt bonū qd̄ agit nō ad dei lau dē: sed ad propriā cōuertat. τ ideo de ipis sapi. ij. dicit. Excecauit eos malicia eoꝝ. Unde augu. in lib. de natura boni. peccatū abstulisse ab homine ista tria bona cognoscēs ait. Pctm̄ est corruptio modi spe ciei τ ordinis: quibus dū priuatur homo: nō homo sed potius bestia appellari debet. Hinc pph̄eta dixit Homo cū in honore esset nō itelle xit cōparat⁹ est iumētis insipiētib⁹ τ silis fact⁹ est illis. ¶ Comeo.

Ex his pfecto inest mihi intel ligendi principiuȝ alex. sentē tiā qui ait peccatū nihil esse aliud nisi puationē boni. Sic eñ cecitas nihil esse videtur. τ tamen homi nem lumine priuat. ita peccatum cum nihil esse dicatur: hominem quasi anihilat: q2 ab illis bonis ip sum vtiq̄ȝ retrahit in quibus deus esse disposuit. τ ideo augu. in lib. de religiōe dixit. Peccatū nō est ap petitio malarū naturarū: sed deser tio meliorum

¶ Pars secunda s̄monis in qua ostendit altera peccati descriptio s. q̄ est rectitudinis humane natu re destructiuum.

Adhuc pctm̄ r. p. s̄m suā formalē ratiōnē. vt. s. est priuatio: hominē natu rerectitudie priuat. Unde damas. ait. Peccatū est ab eo qd̄ est s̄m na turā: in id quod est preter naturā auersio. Sicut eniȝ corporalis egri tudo corporalē naturā adeo depra uat vt nō nisi nociua velit appetere ita spiritualis infirmitas que pec catū est. inordinat animā vt nō nisi saluti cōtraria possit concupiscere Hinc dominus iere. ij. de homini bus spiritualiter egrotantibus cō querit dicens. Me dereliquerunt fontē aque viue τ foderūt sibi cister nas dissipatas. Quasi dicere velit: cū me aque viue fontē habere pos sint: vitioꝝ aquā omnib⁹ mortife rā cupiūt. licȝ scriptū sit puer. viij. Qui me inuenerit inueniet vitam τ hauriet salutē a domino. Nec te moueat stultoꝝ ratio R. P. q deū in suis operibus blasphemātes na turā nostrā ab eo male conditam fuisse dicūt: cuius oppositū rōnis pbabilitas manifestat: fides eiq̄ȝ veri tas predicat: τ sacre scripture aucto ritas confirmat τ roborat. A sūma eñ sapiētia nihil fedū: nihil turpe: nihil qd̄ nō bonū sit euenire cōtin git. Similiter τ a sūma iusticia cur uitas τ obliquitas nulla procedit Nec a sūma bonitate euenit malū aliquod: τ tamē naturā humanaȝ nēcesse vitiataȝ quisq̄ȝ cognoscit. Unde geñ. viij. scribit. Sensus τ cogitatio hominis pna sūt ad ma lū ab adolescentia sua. Hoc quod diximus fidei veritas predicat. Cre dere eniȝ iubemur dei filiū passuȝ.

vt naturā humanā vitio destitutā
sanitati restitueret. Uñ beat⁹ hie/
roni. ait Cōspui voluit: vt nos laua
ret: velari voluit: vt velamē culpe ⁊
ignominie a corporib⁹ nostris au
ferret: in capite percuti voluit. vt ca
put nostrū. i. adam sanitati restitu/
eret: collaphis cedi ⁊ verbis deride
ri. vt nos ⁊ labijs ⁊ manibus. i. ver
bis ⁊ operibus applaudam⁹. Hoc
insuper sacre scripture auctoritas
roborat ⁊ confirmat. Unde eccs.
vij. scribit. Solūmodo hoc iueni
q̄ deus fecit hominē rectū ⁊ ipē in
finitis se miscuerit questionibus.
Et hiero. ad demetria. scribēs ait.
Plerīq3 impie nō minus q̄3 impe/
rite cū super statu hominis quera
tur nō verentur dicere quasi repre
hendētes opus dei: talē illū auit de
buisse fieri q oino facere nō possit
malū. dicit itaq3 figmentu3 ei qui
se finxit: quid me fecisti sic. Et ipro
bissimi hominū du3 dissimulāt id
ipsum bene administrare q̄ facti
sunt: aliter se factos fuisse malūt: vt
qui vitā suā emendare nolūt: vide
antur emendare velle naturā: cui⁹
bonum ita generaliter cunctis in
situm est: vt in gentilibus quoq3
hominibus qui sine vllo cultu dei
sunt: se nōnunq̄3 ostentet ac profe/
rat: quoniam enim multos phō/
rum et audiuimus et legimus et
ipsos vidimus castos patiētes mo
destos: liberales: abstinētes: beni
gnos: ⁊ honores mundi simul et
delitias respuentes ⁊ amatores iu/
sticie nō minus q̄3 sapientie. Unde
queso hoibus alienis a deo ista q̄
deo placent: vnde hec illis bona ni
si de nature bono. Ex quib⁹ R. P.
satis luculēter apparet pcm̄ rectitu
dinē nature destruere: ⁊ ipsa3 a de
bita iusticia deuiare. Unde ansel/
mus ait. Peccatū est carentia debi
te iusticie. Et augustinus inquit.
Peccatum est defectus quidam a
luce veritatis naturam non pimēs
sed obstinans. ¶ Comes.

MUlto grauī⁹ igit xp̄iani pec/
care vident: quorū natura
melior a xp̄o reperta est q̄3 gentiles
qui tm̄ ex natura bona bene opan
tur. Idcirco hiero. ibid ait. Quid
si etiā sine deo hoies ostendūt q̄les
a deo facti sunt. vide qd xp̄iani fa/
cere possunt: quor in melius p xp̄3
natura instructa est. ⁊ q diuine quo
q3 gratie iuuant auxilio. Grauiter
igit peccatū ledit naturā humanā
cū multi xp̄ianor sint qui phor vi
te vel ptē maximā teneāt oppositā.
¶ Pars tertia sermonis in qua de
claratur q̄ peccatū est perfectiōis hu
mane nature totaliter dissipatiuū.

PErfectio namq3 huma/
ne nature R. P. sicut
sapiētes dicūt deus est.
Unde magister sentē.
distin. pma scdi libri taliter inquit.
Fecit de⁹ creaturā rōabilē: vt sum
mū bonū intelligeret: intelligēdo
amaret: amādo possideret: possidē
do frueret. Sed per peccatū crea
tura rationabilis bono immutabi

lispreto quod ipse deus est: transitorijs bonis adheret atq; cõmutabilibus. Unde augu. de libero arbitrio scribẽs ait. Peccatũ est spretis incõmutabilibus bonis: rebꝰ cõmutabilibus adherere. Pro cuius diffinitionis declaratione tria notanda sunt. Primo eniz ꝙ incõmutabilia bona fruenda sunt. i. tãꝙ̃ vltimus finis ꝑamanda. Naz vt mgr̃ sentẽ. dis. i. li. i. dicit: frui est amore alicui rei inherere ꝓpter se ipsam. Secũdo notandũ ꝙ bona commutabilia vtenda sunt: idest ꝓpter finẽ vltimũ sunt amanda. neq; enĩ in eis finis vltimus cõstituẽdus est. Uti quidez vt magister vt supra dicit. est id quod in vsum venerit referre ad obtinenduz illud quo fruenduz est alr̃s abuti est non vti: nam vsus illicitus: abusus vel abusio nominari debet. Tertio notandũ ꝫm magistrũ in eodez loco ꝙ res quibus fruendũ est: sunt pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus: eadem tamẽ trinitas quedã summa res est cõmunisq; omnibus fruentibus ea: si tamẽ res dici debz ⁊ nõ omniũ rerũ causa. si tñ ⁊ causa non est: facile inueniri potest nomen ꝙ tante excellẽtie cõueniat: nisi ꝙ melius dicitur trinitas: hoc est vnꝰ deus. Res autẽ qbꝰ vtẽdũ est mũdus est ⁊ in eo creata. Uñ aug. dicit. vtẽdũ est hoc mundo nõ fruenduz vt inuisibilia dei ꝑ ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciant᷑. i. vt de tꝑalibꝰ eterna capiant᷑. Idẽ quoq; ait. In omnibus rebus ille tantũ sunt q̃bus fruendũ est: que eterne ⁊ incõmutabiles sunt: ceteris autẽ vtendũ vt ad illarũ fruitionẽ perueniat᷑. His igit᷑ annotatis quomodo peccatũ dissipet perfectionez humane nature: clare videri potest ꝫm augu. in libro de trinitate q dicit. peccatũ est vti fruendis ⁊ frui vtẽdis. Tanto igitur creatura rationalis grauiꝰ peccat quanto ab amore dei deficit ⁊ in amore creaturaruz sese ĩmergit. Et grauiꝰ est peccatũ ꝫm doctoris nostri francisci sententiã super hac distinctiõe. j. magistri notatã. cuz homo vtit᷑ fruendis q̃ꝫ cũ fruit᷑ vtendis. q: in actu virtutum grauius est deficere q̃ꝫ superhabũdare. Cũ igitur amare sit actus virtutis: grauius peccat qui in eo deficit: q̃ꝫ qui in eo sueperhabũdat: ꝓ̃cipue cũ in hoc amore salus nostra cõsistat. De quo amore ꝑfectissimo apoca. iij. scriptũ est vbi ioh. cuilibet xp̃iano singl̃atim ait. Suadeo tibi emere a me aurũ ignitũ ꝓbatũ vt locuples fias: ⁊ vestimẽtis albis induaris ⁊ nõ appareat cõfusio nuditatis tue: maxime q: ꝑ hũc amorẽ hic ⁊ in futurũ ad sũmi boni cognitionẽ homo deuenit: sine q̃ cognitione: neq; in hoc seculo perfecte virtus aliqua valz. neq; in futuro mundo quisq̃ꝫ beatitudinẽ habet. cũ cognitio quid primũ sit ad ipsam dilectionẽ. lz fruitio in actu voluntatis ⁊ nõ intellectus cõsistere noscat᷑. Unde aug. ait. Ubi eniz

deest agnitio eterne z incōmutabilis veritatis:falsavirt⁹est z in optimis morib⁹. Que verba.xxviij.q.j.c. Omēs.gratian⁹ annotat. Dixi ergo R.p.ſm mei valitudinē ingenij: quid ſit peccatū trina diffinitione quibus oſtenſum eſt ipſum priuare naturā humanā bonitate rectitudine atqʒ perfectiōe. Que omnia ipo expulſo recupari poſſunt. Si exēplo apſi atqʒ doctria inagōe vitioz z vtutū pliāte: zptra mūdū z carnē atqʒ diabolū dimicātes nō velut ocioſi: ſed quaſi in ſtadio ꝓ obtinēdo brauio eterne vite otius currentes: carnē ſpiritui ſubiugauerim⁹. Hic de ſeipſo ī quit apſus Caſtigo corpus meum z in ſeruitutē redigo. Quā ſuitutē corporis merito ſpiritus nobis concedere dignef ver⁹ donatoz z largitoz brauij eterne glorie dñs ieſus q cū p̄re et ſpū ſctō viuit z regnat in ſecula ſeculorum. amen. ¶Comes.

Satis nūc intelligere ꝓfiteoz ex his tuis verbis quid peccatū: quaue rōne priuatio a doctoribus vel nihil appellaf. Ut enī abſtinētia ſubſtantia nulla eſt: z tamē ex ea humana corporis fortitudo languet: ita peccatū licet forma liuer vel in ſe nō ſit ſubſtantia: ſed corruptela quedā: eo tamē anime noſtre natura quodāmodo corrūpitur: qꝛ p ipſuʒ gratia diuina ꝑuatur: que ipſius anime vita eſt: ſicut a ſāctis vtputo deſcribit. Et nō ſine recta ratiōe quodāmodo dixi qꝛ ſicut ex trūcatiōe cuiuſcūqʒ mēbri corpus maculaf. ita ex priuatione gratie q̄ p peccatū tollit anima noſtra crudeliter vitiatur. Sʒ ſcire ammodo velle quid ſit peccatū ſm actū z habitū ſuū. i. ſm q̄ humanā naturam malis omnibus replet: z hoc in ſequēti ſermone.

¶Dñica in ſeptuageſima poſt p̄adiū de peccato in gñali ſermo ſecūdus: in quo oſtendi t triplici diffinitione ipſius pter ſapradictas q̄liter ipſum eſt diuine legis ꝑuaricatiuū: cuiuſlibet virtutis expoliatiuū: atqʒ nature humane contrariatiuum. Antonius.



Multi ſunt vocati pauci vero electi. mat. xx. c. hec verba ſcribūf. Septuageſima: ſicut R mane dixim⁹ Religioſiſſime p̄inceps ſolenniter ab eccleſia celebratur: que humane captiuitatis deſignat exilium: quoniaʒ ſicut filij iſrael captiuati a babilonijs poſt annos. lxx. in ꝑpria redierunt: z tunc fuit reedificata ciuitas z templū inſtauratum: ſic et filij adam p̄ime ꝑuaricationis merito furtim de terra ſublati ſunt: et in preſentis vite exiliū relegati in quo ſeptuageſimā faciunt: z velut filij iſrael nunc xp̄iani ſup flumina babilonis i deſt huius ſeculi ſedētes ſuſpendūt organa z dimittūt laudis carmina ſiue cantica letabunda. z hoc vel ꝑ

pter.vij.dies quibus p̄sentis vite tēpus oīne pagitur: vel q̄ð melius ad p̄positū est p̄pter.vij.vitia qb⁹ r.mandatoꝝ obseruantia impeditur ꝛ p̄uaricaꝛ: virt⁹ omnis expellit ꝛ hūane nature ꝯtrariaꝛ: adeo ꝙ multi sunt ad bene agēduꝫ: multi sunt ad baptismū: multi sunt ad eternā gloriā vocati.ſꝫ ex peccato pauci electi. Uñ merito tāte peccati misie atqꝫ malignitatis memor: quisqꝫ q̄rere posset. Si petiū adeo humane nature cōtrariaꝛ: ꝛ adeo libertas er⁹ ex ipso peccato debilitatur vt ex se homo dei mādata seruare nō valeat: ꝛ virtutes ad bene opandū peccatū impediat: Et breuiter tali petitioni ex sententia beati bonauenture: Ricardi atqꝫ doctoris subtilis sup distinc.xxviij.ij.li.senté. responderi potest: ꝙ p̄recepta diuina seruare ꝛ virtutes vel dona gratuita ad bene opandū exercere: potest dupliciter intelligi. Uſ ſm actū humanū. vel ſm p̄cipientis ꝛ dona gratuita dantis votum Et primo modo mandata seruari atqꝫ ad bene opandū virtutes exerceri possunt: tamē nō meritorie. Nulla eñ virtus vel opatio bona dici debet nisi ad finē vltimū. i. ad dei fruitionē sit ordinata. actus aūt humanus licet ſm se moralis ꝛ bonus sit: sicut quedā operatio multoꝝ phoꝝ: nō tamen sine caritate meritorius atqꝫ p̄fectus. Unde cor. xiij. paulus ait. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas: ꝛ si tradidero corpus meū ita vt ardeā: caritatē autē nō habeam: nihil mihi p̄dest. Hinc est ꝙ multi qbus gratia solū inest gratisdata bene videnꝛ operari: ꝛ tamē meritū inde nō credūt acquirere: q: opacoꝝ nesciūt: vel nolūt ad finē debitū ordinare. vnde phs. vij. li. phi. dicit. Uirtus est dispositio perfecti ad optimū. Sed secūdo modo id est quantū ad p̄cipientis votū ſm ſcꝫ volūtatē dei qui vult omnia cū caritate fieri: facultate arbitrij dei mandata homo seruare nō pōt nisi ei gratia gratū faciens auxiliū p̄beat. Jdcirco ad thimo. j. c. paulus ait. finis p̄cepti e caritas. Et ad roma. xiij. Qui diligit p̄ximū legē impleuit. Peccatū vero cōtra caritatē faciens nō solū a p̄ceptoꝝ obseruatiōe ꝛ a virtutū exercitatiōe hominem ꝛ suā potestatē arbitrij retrahit: verū ꝛ ad mala eligenda quasi p consuetudinē cogit. Hinc hieronimus ad demetri. virginē scribēs ait. Neqꝫ vero alia nobis causa q̄ñ qꝫ difficultatē benefaciēdi facit: q̄ longa consuetudo vitioꝝ: que nos cū infīcita paruo: paulatimqꝫ per multos corrumpit ānos. ita postea obligatos sibi ꝛ astrictos tenet: vt vim quodāmodo videaꝛ habere nature. Jdcirco cū multi sint xp̄iani q ad p̄ceptoꝝ obseruatiōe ꝛ ad virtutuꝫ exercitatiōe vocanꝛ: tamen peccato detēti pauci sunt qui in numero electoꝝ repiātur. Hinc dominus dixit. Multi sunt vocati

pauci vo electi. Et quod ita sit: et peccati nequitia clarior doctrina videatur. in presenti sermone videamus ordine nostro qualiter peccatum est dine legis prevaricatiuum: cuius liber virtutis expoliatiuum vel expulsiuum. atque humane nature contrariatiuum: quibus presenti sermone finem imponimus. ¶ Tcomes

Vere de hoc non parum dolere debemus: quia ut beatus Gregorius ait in omel. huius hodierne euangelice lectionis. Ad fidem plures veniunt et ad celeste regnum pauci perducuntur. plerique enim deum vocibus sequuntur: moribus fugiunt. Ex hoc ergo considero quanta mala ex peccato procedant: quae damnum rationali ex ipso creature pueniat: quia ipsi ad celeste regnum multos venire non sinat.

¶ Pars prima sermonis in qua declaratur quod peccatum est diuine legis: et omnium eius mandatorum preuaricatiuum.



Unc de actu peccati loqui volentes Religiosissime princeps: dicitur peccatum ipsum ut malus actus causa est: esse diuine legis preuaricatiuum. Unde ambrosius in li. de paradiso ait. Peccatum est preuaricatio legis diuine et celestium inobedientia mandatorum. Ubi sciendum est secundum doctorem seraphicum bonauen. sup distin. xxiij. scdi senten. voluminis: quod lex tribus modis accipi potest. Est enim quedam lex que dicitur nature: de qua gratianus loquitur in principio decretorum: quia quisque iubet alteri facere quod vult sibi fieri et alteri prohibet inferre quod nolit sibi fieri. Hinc lu. vj. dominus ait. Prout vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis. Similiter est et alia lex que dicitur scripture. Cum enim lex ut gratianus ibidem ait. sit constitutio scripta: id quod in tabulis moysi scriptum a domino datum est: lex scripture nominari debz. Quam quidem scripture legem idcirco hebraico populo dominus dedit: ut ea illuminatus deum melius agnosceret: quo cognito rectius ei seruiret dulciusque eum amaret et per eam dominum in mente teneret. Unde sibi precepit dominus Leui. xiij. dicens. Lex mea sp sit in ore tuo. Est insuper et alia lex que dicitur gratie: que est euangelium christi quod omnis legis est perfectio. Unde dominus hic ostendens legem suam esse omnibus perfectiorem: Mathei. v. dixit. Non veni soluere legem: sed adimplere. Cum igitur btus ambrosius dicat: Peccatum est preuaricatio legis diuine: non unam tantum: sed omnes intelligit. Primo ei peccatum est preuaricatio legis nature. Nonne eo cayn fratrem suum abel interfecit sicut gen. iiij. legit. Nonne eo chanaan patrem suum noe apud fres abhominauit: ob quod habuit male dictionem sicut gen. ix. scribit. Nonne eo dominus pluit sup sodomam et gomorram sulphur et ignem ut gen. xix. ponit. Et in. xxv. c li. psati habet: quod eo esau primogenita par uipendit. Eo dina filia iacob violata est. Eo et in. xxxiiij. eius volumis plenius continet. Emor et sichem filius

eius z eorz populus mala morte in terierūt. Et quid plura: dies deficeret: si oia mala q̄ in lege nature peccato venerūt numerare vellē. Scdo pctm̄ est p̄uaricatio legis scripture Uix enim moyses legem habuerat vt in .xxxij. ca. exodi legit. et pplus pctō suo vitulū aureum adorauit. Qua de causa .xxiij. milia hominū illo die ceciderūt. In .xj. quoqz ca. nume. legitur. Quod q̄si cecus pcō populus contra dominū murmurans in extrema parte castroz igne cōsumpt᷒ est. Et in seq̄nti ca. Maria leprosa facta est: eo q̄d cōtra fratrē suū moysen murmurasset. Pertranseamus cetera que mala pctō in lege scripture venerūt. Et in lege gratie inuenim᷒ multa. Nonne iudas peccato vēdidit dn̄m. Nōne petrus pctō negauit christū. Nōne pcō simō mag᷒ voluit emere spirit᷒ scti donū. Et vt breuius dicā: quicquid mali in omni lege inuenit̄: solo pctō factum est. Unde aug᷒. generalius peccatū diffiniēs ait. Peccatū est dictū vel factū vel concupitum contra legez dei. Nec breuiter q̄ dicta sunt di. xxv. ij. li. sentē. a magistro ponuntur. ¶ Comes.

Nunc ex his ppendo quomō illud aug᷒. cōtra manicheos intelligi debeat: qui ait. Peccatum est in veritas preceptis: vel in ipsa veritate errare. Precepta enim veritatis p̄cepta christi sunt. Unde ip̄e iohānis .xiiij. dicit. Ego sum via veritas z vita: que de terra orta est: iuxta prophetam.

¶ Pars scd̄a sermōis in qua ostenditur quod peccatū est cuiuscūqz virtutis expoliatiuū vel expulsiuū.

Ad hoc etiā peccatū Religiosissime princeps p ut mali actus punitionē dicit: cuiuscūqz virtutis est expoliatiuū vel expulsiuū. Unde aug᷒. in libro de duabus aīabus ait. Peccatū est voluntas retinēdi vel assequēdi q̄d iusticia vetat. Et capitur hic iusticia pro qua cūqz virtute z bonitate. Ubi sciendum est: quod tribus modis accipi iusticia solet. Uno modo iusticia sumit̄ pro punitione. i. p inflictiōe penarū: quam diffiniens cicero in libro de officijs ait. Justicia equitas est qua tribuit̄ patiēti z si nolit: q̄d eius merito debetur. Alio nēpe modo magis large iusticia sumitur distributiue. i. p v̄tute q̄ q̄d suū est vnicuiqz reddit. Et tullius ait. Justicia est habitus animi cōi vtilitate p̄uata suaz cuiqz tribuens dignitatē. Et glosa super illud mathei. v. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiā: taliter inquit. Justicia est sua cuiqz tribuere: sibi. s. p̄ximo z deo. Tertio modo largius iusticia sumitur operatiue z p qua cūqz bonitate. Cur᷒ f̄m aug᷒. due ptes sūt: boni. s. facere: z malū declinare. de qua iusticia math. vj. scribitur. Querite p̄mū regnū dei: et iusticiā eius. Ubi glosa dicit. Justicia regni est omnia que docuit dn̄s obseruare. Licet igitur pctm̄ cōtra

oēm iusticiā faciat: tamē diffinitio aug⁹. contra eam large sumpta loquitur. Unde idem in libro de vera religione hoc declarās ait. Peccatū est appetere q̄ christus cōtempsit: vel cōtempnere qd̄ christus appetit. Ex hoc igitur peccatū cōtra omnē iusticiā facit: oēm q̄ ab homine v̄tutē expellit: q: teste p̄ho. ɔtraria sīl esse nō possūt. ¶ Comes.

Licet ad ostēsionē malae conditionis gule innumerabilia fere diuinarū scripturarum testimōia adduci possent. tamē breuitati studentes R. P. ex quinqꝫ in presentiarū ostendimus. Nā gula primo est legū omniū violatrix. Tres eniꝫ leges ab origine mūdi vsqꝫ ad hāc etatē reperte sunt: sicut a gratiano. distin. j. decre. c. omnes leges: intelligi siue colligi pōt. Prima lex naturalis vocata fuit: in qua homines simplici mō viuentes: delitias minime requirebant Unde boetius in libro de cōso. dicit. Felix nimiū prior etas ꝯtenta fidelibus aruis: nec inerti perdita luxu. Facilꝗ solebat sera ieiunia soluere glande: ⁊ et alia que ibi leguntur. Sed hanc legem gule vitium deprauauit: quā

do post eam omnis humana generatio ambulare cepit. Incepit eniz eua: ⁊ paulotine omnes secuti sunt eam. Ná ea tempestate vt gen. vj. c. dicit. corrupta est terra coram deo: ⁊ repleta est iniquitate: cum omnes gule atqꝫ luxurie deseruirent. Alia quippe lex scripture nuncupata fuit: in qua degentes homines adeo tali vitio temptati fuerant: vt contra dominuz ⁊ eius seruos moysen ⁊ aaron murmurarent. Atqꝫ vt exodi vicesimosexto capitulo dicitur nequiter dicerent. Utinam mortui essemus per manum domini in terra egypti: quando sedebamus sup ollas carnium: ⁊ comedebamus panes in saturitate. Ultima věpe lex gratie appellata fuit: immo appellatur. que a christo vsqꝫ hodie ⁊ ad finem mundi durabit. Et licet dominus noster suos cōmonuisset. vt luce. xxj. c. scriptum est. dicens. Attendite vobis ne forte grauenť corda vestra crapula ⁊ ebrietate. et abstinētib⁹ beatitudinē ꝓmisisset dicēs. vt luce. xvj. c. scriptū est. Beati q̄ nūc esuritis. quoniā saturabimi. tñ ita talis gñatio: sicut ad oculum videri potest. h̄ vitio maculata est: vt illud psalmi dici posset. Non est qui faciat bonū: nō est vsqꝫ ad vnū Secūdo gula est mortuū omniū dissipatrix. Unde inno. in libro de miseria cōditiōis humane dicit. Quid turpius ebrioso vł gulosō: cui fetor in ore: tremor i corpore: promit stulta: prodit occulta: cui mens aliena/tur: facies transformatur. Ex qbus verbis tres inurbanitates gulosoꝝ intelligi possunt. Quaruz prima dr fetoris. Nam dicit ꝙ ebrioso ⁊ guloso est fetor in ore. Unde de his in psalmo dicitur. Sepulchrum patens est guttur eorum. Alia inurbanitas dicitur tremoris. Cum innocētius inferat: ꝙ guloso est tremor in corpore. Hinc seneca epistola vicesima quarta: ad lucillū ait. Epule cruditatez generant: debilitates neruorum corporum: ac tremorem Altera inurbanitas dicitur proditionis. ꝙ innocentius concludit ꝙ gulosus promit stulta: ⁊ prodit occulta: Et ideo ei mens alienatur: ⁊ facies transformatur. Unde prouerbiorum tricesimo primo capitulo scribitur. Nullum secretum vbi regnat ebrietas. Et in psalmo supradicto subditur. Linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eoꝝ. Tertio gula perdit modū totius honestatis. Et reuera sic est. Nam qui mores perdit quomodo honestatē seruare in se poterit? Tres quippe adminus: vt de reliquis taceamus gulosus inhonestates agit. Quarū prima dicitur contumelie. Nam postq̄ꝫ gulosus inebriatus fuerit: cuicunqꝫ contumeliam ⁊ iniuriam facit. Unde ecclesia. xxxj. ca. Uinum multum potatum irritationē ⁊ iram ⁊ minas multas facit. Alia inhonestas dicitur erubescentie. Nam sicut hoc manc dipximus. Noe inebriatus ignominiose

nu dat⁹ est. Hinc de gulosa femina ecci.xvj.ca. dicitur: Mulier ebriosa ira magna z contumelia: z turpitudo illius nõ tegetur. Sicut de quadã dicit: quã vir eius amicos suos domũ ducens inuitatos: ebriã vt sibi solitũ erat inueniens: in capsaʒ quã dam farine sibi in ascensu domi ob uiam pre verecũdia ꝓiecit. Et duʒ prefatis amicis refectionẽ sicut poterat ocius pararet: neqʒ enim solitus erat coquinare: ad vasoꝝ strepitũ euigilãs illa z per fissurã arce respiciens: credens se mortuã z sepultam: z quasi in aliam regionẽ trãspositã: clamare cepit: ac dicere. O boni viri: venditur ne in hac regione vestra vinũ? Que verba audiẽtibus illis: dixerũt hospiti domus Que vox est ista tremens: quã nos audiuimus? Quib⁹ vir ille vxoris turpitudinẽ amplius celare nõ valens: ait. Uxor mea est: quã temulẽtã solito more inueniẽs: hac in capsa farine posui: quã corã illis ducens apparuit tota turpata de farina. Uerũ ẽ igit̃ qd̃ aplꝰs inda ð̃ gulosis.ij. ca. dicẽ. Hi q̃ sunt in epulis suis cõuiuãtes: non solũ sunt maculati: imo sunt macule alios maculãtes. Tertia in honestas dicit̃ demẽtie. Quis enim nesciat gulosos valde esse dementes. Cum seneca dicat. Uentri obediẽtes loco animaliũ numeramus. Unde gulosus quisqʒ illud psal. sibi dicere debet. Cõparatus sum iumẽtis insipiẽtibus: z similis factus sum illis. Nec immerito cũ ipse seneca dicat. Nõ est aĩus in sua potestate: deuictus ebrietate. Quarto gula est omniũ bonoꝝ deprauatrix. Bona enim tria sunt: nature. fortune: z gratie. Deprauat quidẽ ipsa gula primo bona nature. Unde ecci.xxxvij.ca. scribit. Propter crapulã multi perierũt: qui aũt abstinens est adijciet vitã. Deprauat etiã scd̃o ipsa gula bona fortune. Hinc ecci.xix.ca. dicit. Operarius ebriosus nõ locupletabit. Deprauat etiã tertio ipsa gula bona gratie: quia ad omne facinus mentis ianuas aperit: z virtutibus claudit. Unde bernar. ait. Omnes virtutes edacitatis vicio destruũtur: z paulopost: Cui multitudo coquoꝝ deseruit: edificia virtutũ ad soliũ redigit. Quita gula est offensiua diuine maiestatis Tripliciter enim gula deũ offendit. Primo cultũ honoris ab eo auferẽ domnam cũ homines vnũ solũ deũ adorare: z illi soli seruire debeant: Juxta illud math.iiij.ca. Dominũ deũ tuũ adorabis: z illi soli seruies Gula facit: vt ipsi ventri hũc honorem impendãt. De quib⁹ aplꝰs ad phi.iij.ca. dicit. Quoꝝ deus vẽter est. Nam teste augu. hoc ab homine colitur: qd̃ pre ceteris ab eo diligitur. Scd̃o imaginẽ ipsius in anima destruendo. Unde de gulosis treñ.iiij.ca. dicitur. Denigrata est super carbones facies eoꝝ. Tertio timorẽ z amorẽ ipsius a corde remouendo. Unde osee xiij.ca. scribitur Adimpleti sunt z saturati: z eleua-

uerūt eo: fuū: et obliti sunt mei. Hic de eis dauid domino dicit. In chamo et freno max. eo. con. qui nō approx. ad te. quasi dicere velit. Cū gulosi maxillas habeāt sine freno i comessatione et ebrietate: eas obsecro domine cōstringe: et ipsis frenū iponere: vt saltē tui recordent: fame et in opia atq; necessitate. ¶ Comes.

Satis apparet veruzesse quod ecci. xix. ca. scribitur. Uinum et mulieres apostatare faciūt sapiētes. Et de malis gule aug⁹. ait. Ubi cūq; querit caro refectionē: inuenit defectionem.

¶ Pars scōa sermonis de quinq; filiabus gule. Autonius.

De hui⁹ scōe partis noticia. R. P. notandū est fm beati grego. iij. lib. mora. Quod ex tali vicio velut ex quadā pestifera matre quinq; maligne filie gñanf. Quaz prima vocaf inepta leticia. Domus enim gulosoꝝ templis dei contrarie sunt: quia sicut in templis dei fit decantatio laudū: ita in domibus eoꝝ fit decātatio vanitatum. Et sicut ibi vigilatur ad orandū: sic ecōtrario hic vigilaf ad ludēdū. Et sicut ibi est multitudo cantoꝝ: ita hic est multitudo blasphemantiū. Et sicut ibi fit multitudo pcessionū: ita hic fit multitudo choreaꝝ: Et sicut ibi calix satiane: ita hic calix mebrians. Et sicut ibi dicitur sacra verba in officio et missa: ita hic dicitur turpia verba pro luxuria. Et sicut ibi ite missa est dicitur: et deus benedicitur. ita hic lagena vini euacuata deus blasphemaf. Hinc isa. iij. ca. dicit. Ue vobis qui cōsurgitis mane ad ebrietatē sectandā: et potādū vsq; ad vesperā: vt vino estueris: cithara et lira: et timpanū: et tibia: et vinū in cōuiuijs vestris: et opus domini nō respicitis: nec opera manuum eius cōsideratis: ppterea captiuus ductus est populus meus. f. ad infernū. Sicut exemplū nobis donat dātes de quodam florentino guloso: qui sibi interroganti quis erat: respondit. Uoi citadini mi chiamaue te chaicho. Per la dānosa colpa de la gola. Come tu vede la pioza mi fiacho. Et io anima trista nō so sola che tute queste asimele pena stano. per simel colpa: e pui nō se parole. De huiuscemodi beat⁹ iob. xxj. ca. dicit. Tenent. f. in hac vita gulosi: tympanū et cytharā: et gaudent ad sonitū organi: ducūt in bonis dies suos: et in puncto ad inferna descēdunt. Alia maligna filia gule vocaf scurilitas. Nam postq; gulosus vētrem repleuerit: verba risum inducentia prodit: que non solū dicenda sunt: sed neq; audiēda. Unū bernar. ait. Uerbū scurile et turpe et ioculare nō sufficit perigrinari ab ore procul: sed etiā ab aure relegandū est. Et seneca dicit. Nō erit tibi scurrilis: sed grata vrbanitas. Nam reprehensibilis est risus: si est inmoderatus et pueriliter effusus: si muliebriter factus: et odibilē facit hoiem

immo damnabilē. Unde dantes in xxiij. cātico scd'e comedie: audiuit a quodam florentino nomine fore/so: penas illoꝝ qui ex gula ad scurrilitates deuenerūt sic dicente. Tu ta questa gente che piangendo canta psequitar la gola oltra mesura. In fame e in sete: e qui se fa saucta. Idcirco ecci. vij. ca. dicit: Cor sapientū vbi tristicia est: cor stultoꝝ vbi leticia. Tertia maligna filia gule vocatur immundicia. i. luxuria. Uñ hiero ait. Uētris namq; inglunies ad luxuriā facile ꝓuocat: ⁊ omē opus bonū dissoluit. Unde venter ⁊ genitalia sibimetipsis vicina sunt: vt ex vicinitate mēbroꝝ: cōfederatio intelligatur vicioꝝ. Nā apud quosdā solet vulgariter dici. Per la bocha se scalda el forno. Ita etiā grego. in pasto. dicit. Dum cibatus vēter extenditur: aculei libidinis excitātur. Quarta maligna filia gule vocatur multiloquiū: in quo peccatū deesse nō potest. Unde puer. x. ca. dicitur. In multiloquio non deest peccatū. Nam diues luce xvj. ca. dicebat se in lingua cruciari: q: mlt'a peccata mortalia ɔmitti possunt in multiloquio. Ultima maligna filia gule vocaf ebetudo sensus: vel grossities intellectus. Unde bernar. ait Quanto magis ventrē cibi pascūt: tanto amplius sensum mētis obtūdunt. Nam greci dicūt: Ex grosso ventre subtilē sensum nō posse generari. Et hiero. ait. Nihil adeo obruit intelligentiā: vt comessatio et ebrietas. Et ɔtra iouinianū ait. Sapientie operā dare nō posse: si mēse abundantiā cogitamus: que laboze nimiū ⁊ cura indiget. Unde ecces ij. ca. salomō de seipso ait. Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnē meam: vt animū meum transferrē ad sapiētiaꝫ: deuitarēq; stulticiā. Sed de his satis: deiceps ad alia transeamus. ❡ Comes.

Recte salomon dixit. Nam vt hiero. ait. Qui post carnē ambulāt in ventrē ⁊ libidinē proni: q̄si irrationabilia iumenta reputanf.

❡ Pars tertia sermonis de quinq; remedijs contra gulā. Autonius.

Contra hoc viciū R. P. quinq; remedia a doctissimis viris: ⁊ in scītate probatis inuenta sunt. Quoꝝ primū dicitur ciboꝝ elōgatio. Unde ecci. xxj. ca. scribit. Quasi a facie colubri fuge peccatū. Et licet hoc de omni peccato intelligaf: tamē peculiariter ad illa referri debet: in quibus voluptas ⁊ suauitas quedaꝫ inuenif: sicut est gula atq; luxuria. Naꝫ ideo peccauit eua: q: poma respexit. Hinc genī. iij. ca. dicitur: Uidit lignū q: bonum esset ad vescendū: ⁊ pulcrū oculis ad videndū. Certe teste grego. Nō licet intueri: qd̄ nō licet ɔcupisci. Aliud remediū dicitur moderata occupatio: quia salomōe teste xxj. ca. puer. Desideria occidūt pigrū: nolunt genquā operari man⁹ eius: tota die cōcupiscit ⁊ desiderat: nō modo cibos

sed oculi vana: aures turpia et vana verba. Et vt breui° loquar: ois sensus vane cõcupiscit suũ obiectũ Et ideo hiero. ait. Semp aliqd boni facito: vt te diabolus inueniat occupatũ. Aliud etiam remediũ vocatur carnis futura corruptionis cõsideratio. Unde grego. ait. Nihil adeo valet ad domanda carnis desideria: sicut cogitare qualis sit moritura. Quartũ remediuz dicit eternecne ad quã inuitati sumus meditatio. Nam teste grego. Si consideremus fratres carissimi: q̃ z quãta sunt que nobis ꝑmittũtur in celis: vilescũt animo omnia que habẽtur in terris. Neq; enim possibile est hic epulis ventrẽ: z in futuro mẽtem delitijs supernis impleri: sicut hiero ait. Ultimũ remediũ dicitur diuini verbi cõtẽplatio. Qð verbũ dupliciter potest intelligi: Aut pro verbo incarnato: aut pro verbo ꝑdicato. Eteni cũ primũ deuota mẽte contẽplatur: necesse est vt gulevicũ restringatur. Cũ ipse creñ. iij. c. dicat cuilibet christiano. Recordare paupertatis mee: z transgressionis: z absinthij: z fellis. Quis igitur nimiã delectationẽ in epulis ponet cũ christũ dei verbũ: zcaput nostrũ tot pro nobis penas sustinuisse cognoscet. Ceterũ sequit q̃ frequẽs sumptio cibi spiritualis: interdum contẽptum inducit: z obliuionẽ cibi corporalis. Unde temptãti sathane dominus dixit verba proposita. Nõ in solo pane zc. Quod verbũ nos imũes a tãto pestifero vicio cõseruare dignetur. Qui cuz patre z spiritu sancto vnus z sempiternus deus z verus homo viuit z regnat in scła sclorũ amen. ¶ Comes.

Licet de vicijs multa dicenda sint: tamẽ ad terrorẽ peccãtiũ et cõfiteri nolentiũ: vellẽ te de finali iudicio in sequẽti ꝑmõe tractare fructiferuz fore sermonẽ certe scio.

¶ Feria secunda post primã dominicam in quadragesima de finali iudicio: Sermo xv. Antonius.

Ite male dicti in ignez eternũ: qui paratus est diabolo: z angelis eius. Petõres terrentis: z omnes simul iudicãtis filij dei vba sunt ista: q̃ math. xxv. ca. describũtur. Sicut ex his verbis colligi potest R. P. vti beatoꝝ gloria finez nesciet: ita z damnatoꝝ pena in perpetuũ se extendet. Qua ex re mirari non desinocũ ipse deus teste ꝑpheta iustus sit: z rectũ iudiciũ suũ: penaq; iam nisi pro culpe mẽsura dari nõ debeat. Cur pena prauorũ eternalis est: cũ z eoꝝ culpa tẽporaliter cõmissa sit? Sed hec questio citius soluit: si diuine iusticie ratio equo animo pẽsatur. Nã z doctores sancti qui hoc iusta meditatiõe pensarũt: trib° rationibus: vt de reliquis taceam: ad equitatatẽ diuine iusticie declarandã vsi sunt. Quarũ prima est. In eo

dem statu in quo homo moritur:in eodem punitur:sed morientis peccatoris volūtas in infinitū inuenitur mala:ergo τ in infinitū extimaꝛ puniendā. Unde dicitur in ca. cū voluntate. de sen. excōmuni. Uolūtas τ propositū distinguūt maleficia. Hinc eccl. xj. ca. scribitur. Si ceciderit lignū ad austrū:per quē caritatis feruor designatur. Aut ad aquilonē per quē frigiditas peccatoris ad benefaciendū denotatur: in quocūq; loco ceciderit ibi morietur. Ceterū quāto minus boni est: qd' peccatores deo pferūt:siue p qd' quasi ipse deus deseritur:tanto ei ignominia maior irrogatur. Cū ergo omne quod est:vel esse potest in infinitū minus deo sit: infinitā iniuriā a creatura creator accipit. Hinc iere. ij. ca. conqueritur dñs dicens. Me dereliqrūt. s. peccatores:fontē aque viue:τ foderūt sibi cisternas dissipatas. Et licet omnis cōparatio sit abusio respectu dei:tamē fm humanū modū loquēdi non parum differunt fons aque viue:que est deus:quā samaritane pmisit dicens. Qui biberit ex aqua:quā ego dabo ei:nō sitiet in eternū. et cisterne dissipate:p q̄s res create itelligi possunt:ad quas deserēdo creatorē peccatores querūtur. Ultima ratio:et melior talis sit. Iustus iudex qui cognoscit quo corde peccatū cōmittitur:non tantū opus malū in puniēdo cōsiderat:q̄tū mentē peccantē putem⁹ qui discutiat. Quotiensc̄ūq; ergo peccatū in volūtate reperit:totiens eū punire disponit. Et si semper in voluntate peccandi ardore inueniat: semp oportet vt eū; punire diffiniat. Et quia in culpa mortali deficienti:mala volūtas semp adest:qd' ei semp sit pena necesse est. Unde in quarto volūine dialogo. btūs gre. petro dicēti sibi:Scire vellem quo modo iustū sit vt culpa que cū fine ppetrata est:sine fine pūiaꝛ: pnūs respondit dicens. Hoc petre recte dicētur: si districtꝰ iudex nō corda hominū:sed facta pēsaret. Iniqui enim ideo cū fine deliquerūt:quia cum fine vixerūt. Nam voluissent vtiq; sine fine viuere: vt potuissent sine fine peccare. Ostendūt enī; qui cū pctō semp viuere cupiūt:q nūq̄; desinūt peccare:dū viuūt. Ad magnā ergo iusticiā iudicātis ptinet: vt nunq̄; careāt supplicio:q in hac vita nunq̄; voluerūt carere peccato. Idcirco superbis vaneglorious et gulosis de quibus supra diximus et ceteris omnibus peccatorib⁹ terribilis iudex dominus ait. Ite maledicti τc. Que fuerūt verba ppositi pro finali iudicio pdicanda. De quo donante dumino tria dicem⁹ hodie. Ipsius iudicij signorū euidētiam τ temporis determinationem Ipsius iudicij debitā ordinationē Ipsius iudicij vtilē memoratiōem.

¶ Comes

Terribile valde est: qd' dicitur τ deinceps cū beato hieronimo dicā. Siue comedā: siue bibā: siue

aliquid aliud faciã: semper videtur mihi illa tuba terribilis meis auribus insonare. Surgite mortui venite ad iudiciũ. Tunc cognoscetur dñs iudicia faciens: tunc iuxta pro phetã psal. ix. in operibus manuũ suarũ cõprehẽdetur peccator. Sed quia multos intra sctẽ ecclesie gremiũ cõstitutos: de iudicij finalis tẽpore ppẽdo dubitare: queso vt primo debeas pro mea atq; multorũ edificatione nũciare. vel que ex ratione suppetũt: vel si qua de ipso iudicio animo exempla occurrũt: vt hi qui dubitant: vniuersalis iudicij ad terrorẽ eorũ figuorũ tpa discant.

¶ Pars prima sermonis de trib⁹ signis: quib⁹ cognosci poterit vniuersalis iudicij tempus & hora breuissime posita. Antonius.

De iudicij tẽpore R. P. vt doctores sacre pagine cõmuniter sentiũt: speci alis doctrina atq; certitudinalis assignari non potest. Ut math. xxiij. ca. scribitur. De die aũt illa & hora nemo scit: neq; angeli celorũ: nisi pater solus. Sicut aũt fuit in diebus noe: ita erit aduentus filij hominis. Uigilate ergo inquit dñs quia nescitis qua hora dñs vester vẽturus sit: Et si grego. dicat. Unigenitus quidẽ horam iudicij nouit Sibi dicitur qd ex natura humanitatis hoc ignorauit. Hieronim⁹ eqdem dicit se in ãnalib⁹ iudeo. hec signa reperisse: que ante iudiciũ p quindecim dies erũt. Primo enim die mare sup omnes montes & colles q̃draginta cubitis exaltabitur. Scdo die ipm in pfundũ vt vix videri possit psternet. Tertio die sicut prius erat: ad suũ priorẽ locũ ad equabit. Quarto die omnia q̃ mouẽtur in aquis simul aggregata fortiter mugiẽt. Quinto die omnia volatilia celi nõ gustãtes simile faciẽt. Sexto die flãma ab occasu solis veniẽs ad purgatiõẽ maloꝝ & elemẽtoꝝ: qua elementa purgabũtur: & mali ea cruciabũtur: terra & mare comburet. Septimo die omnia sydera tam errãtia q̃ fixa: vt comete flãmas igneas spargent. Octauo die ex magno terremotu: omnia simul edificia ruent. Nono die lapides ex eoꝝ cõquassatione simul in quatuor diuidẽtur. Decimo die oẽs plante arbores. s. & herbe rorẽ sanguineũ fluent. Undecimo die oẽs montes & edificia in puluerẽ redigentur. Duodecimo die animalia a mõtibus & siluis cõgregata in campis nõ gustãtia rugient. Decimotertio die sepulcra ad resurgendũ cadaueribus patebunt. Decimoq̃rto die homines de habitaculis recedẽtes vt amentes discurrent. Decimo quinto die oẽs homines morĩetur et cũ alijs iam mortuis resurgent. Sed quia talia signa hiero. se reperisse dicit: & certa fore nõ affirmat: que etiã si affirmaret: prima tu dicio satis essent. Et ideo ne ita ad terrorẽ longe iam ante homines inducerẽt: Idcirco ea taliter sub silẽtio

pretereo: et que mutuaui de scripturarum fontibus: in medium pono. Nam anteq̄ filius perditionis antichristus veniet: de quo apostolus ad the.ij.ca. dicit. Reuelabitur ille iniquus quem dominus iesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui. Et non longe anteq̄ veniet iste: tria signa erunt: quibus tēpus iudicij quasi pñs adesse ostēdetur. Quorum primū dicit prelio,rum: mortalitatis. famis: terremotus vniuersalis concitatio: sicut hodie inspicitur aperta ratione completus. De quo saluator math.xxiiij.c. Consurget gens contra gentem: et regnum aduersus regnū: et erunt pestilentie: et fames: et terremotus per loca. Scđm signum dicitur vbi dei et omnium sacramentorū ecclesie abhominatio et parua extimatio. Unde propheta i spiritu preuidens homines illius temporis ait Omnē escam abhominata est anima eorum. Esce autem animarum sunt verbum dei et ecclesie cetera sacramenta. Tertiū signum dicitur hominum illius temporis abhominabilis et concupiscibilis conditio Qđ signū apostolus.ij. ad thi.iij.c. innuit dicēs. In nouissimis diebus ista būt tempora periculosa: et erunt homines seipsos amantes: cupidi: elati: superbi: blasfemi: parētibus inobedientes: igrati: scelesti: sine affectione: sine pace: criminatores: incōtinētes: imites: sine benignitate: proditores: proterui: tumidi: cecimolupta tum amatores magisq̄ dei: habentes quidem speciem pietatis: virtutem autem eius abnegantes. Si autem hec omnia hodierno die. R. P. inueniuntur in hominibus: sub silētio pertranseo. Estimo enim q̄ eis multa alia mala insunt: que paulus in hoc loco nō enūerauit. ¶ Comes.

Cum hec audio expauesco: q: que dicta sunt in hominibus aperta videntur: sed obsecro vt deiceps iudicij manifestes ordinatōem. ¶ Pars scđa sermōis de tribus signis qbus ondit ordinatio iudicij. An.

Osciendum equidē R. P. quomodo fiet finale iudicium: qualiterq̄ ordinatū fuerit. Tria concurrūt ipsius preparatio. Merito rum examinatio: et omnium iudicādorum finalis distinctio. In primo igitur tria similiter erunt. iudicis descensio. De cuius descensu vel aduentu. mathei.xvj.ca. scribitur. Filius hominis vētur est in gloria patris sui cum angelis suis. Et vocatur hic christus iudicans filius hominis: eum sm Alexandrū: beatū bonauenturā: et Richa. et oēs theologos in humana forma iudicaturus sit viuos et mortuos: quē non in humilitate i qua iudicatus est a pilato: sed in claritate minia iudicandi videbunt: diuersimode tamen. Nam mali qui glorificatos oculos nō habebunt: duntaxat eum quibusdā effectibus intuentur: cuius terrore concussi dolebunt. Boni vo iaz glo

rificati et quatuor dotibus illustrati corporalibus oculis humanitatem respicient: mentalibusque diuinitatem per quam visione perfecte beati erunt. Et dicitur propter hec vbi supra quod venmet in gloria patris sui: vel vt in euangelio hodierno: in sede maiestatis sue id est in auctoritate regia diuinitatis qua cum patre eternaliter regnat quam etiam a patre nascendo eternaliter habuit. Que auctoritas recte sedes maiestatis vel glorie dicitur: quia sedere regnantis est: vt beatus Gregorius ait. Secundo in preparatione iudicii erit omnium gentium congregatio. Huic in hodierno euangelio dicitur. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Unde apostolus ad thes. iiij. c. dicit Ipse dominus in iussu et voce archangeli: et in tuba dei descendet de celo. In quo dicto plura sunt notanda. Nam primo dicitur in iussu. Quia secundum doct. nostrum Ric. sup di. xliij. iiij. volu. sniarum. Xps pulues mortuorum corporum per angelos colligi iubebit. Secundo dicit in tuba dei: quia ex pulueribus illis corpora reformari reformatisque animas vniri: cum sua tuba .i. virtute ipse christus efficiet. Tertio dicitur: et in voce archangeli: quia suos angelos in quatuor mundi partibus ipse dominus mittet qui articulari sono et aliqua media te creatura formato clamabunt. Surgite mortui venite ad iudicium Unde math. xxiiij. ca. scribitur. Mittet angelos suos cum tuba et voce magna. Ubi Criso. ait Magna est vox illa cui omnia obediunt elementa que petras scindit: inferos apit: vincula mortis disrumpit: et de profundo abyssi animas liberatas corporibus assignabit. Tertio in preparatione iudicii erit bonorum et malorum ab inuicem segregatio et a dextris et a sinistris locatio Hic in euangelio dicitur. Et statuet oues a dextris suis edos autem a sinistris. Oues quidem iusti sunt tum ex eo quod in ecclesia dei fructuosi velut oues extiterunt. Quarum lana: coria: et carnes: lac: fetus: feces quoque ad fructum habentur. tum ex eo quod mansuete et innocenter in mundo vixerunt. De quibus. Jo. x. c. dominus ait. Cognosco oues meas. Edi vero iniusti vocantur: et fructus bonum puatione: et male vite quod peius est igetatione. Nam sicut edus aial est infructuosum: ingetum fetidum: lasciuum: montes et saxa pecurrens. ita vita malorum est infructuosa: fetida: lasciua: se superbie: vane glorie: guleceterorumque vitiorum pcipitiis expones. Huius vero in sinistra sic boni in dextra collocantur: quia bona opera per dextram: mala vero per sinistram in scripturis accipiuntur. Hic math. vj. c. scribitur. Nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. In ij. vero parte ordinationis iudicii .i. in iudicando exaratione premium et meritum bonorum: supplicium et demeritum malorum describitur. Nam sanctus euangelista premium primo et meritum bonorum describendo. quatuor narrat que ad hoc concurrere dinoscuntur. Prio. n. boni vocantur ad gloriam: cum dicitur. Uenite benedicti. p. m. et cetera. Secundo eorum meritis commendantur cum dicitur. Esuriui et dedistis mihi manducare

⁊ cetera q̄ in euā. d̄scribunt: vbi petrus rauenas ait. In regno celi coram omnibus angelis in cōuentu resurgentium ꝙ abel passus sit: ꝙ noe mundū saluauit: ꝙ abraā fidē custodiuit: ꝙ moyses legem tulit: ꝙ petrus resupinus crucem ascendit dominus tacet ⁊ clamat ꝙ pauper comedat. Tertio boni p̄ magnitudine premij fortiter admirāt dicentes. Quādo te vidimus esuriētem: ⁊ omne qd̄ huic littere subiungitur. vbi rabanus ait. Hoc dicunt nō diffidētes de verbis domini: sꝫ stupēt de magnitudine premij. Nā s̄m apostolū: non sunt ꝯdigne passiones huius seculi ad futurā gloriā: que reuelabit in nobis. Quarto de admiratione certificant. cum cōcluditur. Amē dico vobis q̄ꝫdiu fecistis vni ex his fratrib⁹ meis minimis mihi fecistis. Ubi hierō. ait. Hic appellat fratres qui faciūt voluntatem patris qui in celis est. Secūdo sanctus euangelista malorum suppliciū ⁊ demeritū tangit. vbi similiter quatuor cōcurrere videntur. Primo q: ipsi reprobi ad penaꝫ duraturam sine fine dānatur: cum eis dicitur. Ite maledicti in ignē eternū. O infelix discessio: o crudelis locutio: o verbū pertingēs vsqꝫ ad anime diuisionē. Secūdo de meritis exprobrant cū infertur. Esuriui ⁊ nō dedistis mihi manducare. Tertio de malicia ipsi miseri se excusare nituntur: cū subiungit. Tūc respondebūt ⁊ ipsi dicētes. Domine quando te vidimus ⁊c̄. Ubi origen. Iusti in rūsione in vnoquoqꝫ verbo immorantur. Iniusti autem nō ita per singula. sed trāsitorie domino dicūt. quādo te vidimus ⁊c̄. q: propriū est iustorū benefacta sua relata sibi in faciē diligenter ⁊ per singula refutare humilitatis causa. Malorū autem hominū est culpas suas occasione excusatiōis aut nullatenus velle ostendere: aut leues ⁊ paucas dicere. ⁊ per ꝯsequens sub cōpedio recitare. Quarto de excusatione refelluntur: cū cōcluditur. Tūc respondebit illis dicens. Amē dico vobis: ⁊ omnia alia que ponūtur in littera. Ubi beatus gregorius ait. Si tanta pena datur qui sua nō dedisse cōuincit: q̄ pena feriendus est: qui aliena abstulisse redarguitur. In tertia namqꝫ parte ordinationis iudicij ponitur omniū iudicandorū distinctio cū in euangelij textu dicatur. Ibunt hi in suppliciū eternū. s. mali. Ubi s̄m gregorium: erit frigus intollerabile: ignis inextinguibilis: vermis inmortalis: fetor intollerabilis: tenebre palpabiles: flagella cedentiū: horrida visio demonū: confusio peccatorū: desperatio omniū bonorū. Erit enim miseris mors sine morte: defectus sine defectu. q: mors semper incipit ⁊ defectus deficere nescit. Et sequitur. Iusti autē in vitam eternā. Ibi s̄m augustinuꝫ pudici angelorum chori: ibi societas supernorū ciuiū: Et nōn sine ratiōe ambobus locis

ponitur. quia sententia iudicis nũquã mutabitur. Unde ipse in psalmo dicit. Que procedũt de labijs meis nõ faciã irrita. Nam teste bern. iudex ille nõ fallet verbis: nec flectet donis. Et hec sufficiãt. ¶ Comes

Hoc meditabatur idẽ doctor cũ dixit. Ueniet dies illa veniet in qua plus valebũt pura corda quã astuta verba: conscientia bona quã marsupia plena. Deinde subiunxit. Quoniã quidem iudex ipse nõ falletur vbis: nec flectet donis.

¶ Pars tertia sermonis de tribus vtilitatibus memorie iudicij.

Multas tibi ostenderem religiosissime princeps vtilitates mẽorie iudicij nisi satis breuitati studerem. tamẽ vt pars ista sermonis ceteris in diuisione conformis fiat: de tribus dũtaxat in presentiarum dicemus. Quarũ prima dicitur diuini timoris occasio. Nam cũ diuinus timor: ppheta teste: sit initiũ sapientie: melioꝛi modo haberi nõ potest: quã cõtinua memoria iudicij. Unde cũ ipse propheta viuificari p diuinũ timorẽ in gratia desideraret aiebat. Om iudiciũ tuũ viuifica me quẽ euenisse hieronim⁹ ipse testatur dicens. Quotiens illũ diem cõsidero toto corpore cõtremisco: siue enĩ bibo: siue comedo: siue aliqd aliud facio: semper videtur mihi illo tuba terribilis meis auribus insonare. Surgite mortui venite ad iudicium. Alia quippe vtilitas dicitur preceptoꝝ obseruatio. Nam postquã habuerit quisq; dei timorẽ per continuã iudicij memoriam. et sapientie semitas per hoc iam retinere cepit: totis viribus diuina precepta custodiet: iustitieq; vias minime derelinquet. Hic dauid in psalmo dicit. Omnia iudicia eius scilicet dei in cõspectu meo. Et sequit. Et iusticias eius non repuli a me. Unde cuidam fratri prelatũ suum interroganti: Qualiter cũ feruore de peccatis suis penitentiam facere posset: diuinaq; precepta decetero custodire valeret: respõsum fuit finale premeditare iudicium. Et sic ex opposito nemo dei iusticias seqtur: nisi ab eo finale iudicium pmeditetur. Hinc de peccatore propheta loquitur. Inquinate sunt vie illius in omni tempore. Et reddit causam. Auferuntur iudicia tua a facie eius. Ultima quidem vtilitas dicitur maloꝝ supportatio. Quis enĩ nõ erit sobri⁹ in leticia. qs nõ nimis tolerabit aduersa qs nõ amore dei faciet quã iã sĩ in eo erit final iudicij firma meditatio. Et propterea beatus gregori. dixit. Si illũ certissime ante oculos ponite. et quicquid modo graue cernitur in eius cõparatione leuigatur. Et idẽ. Presentis tẽporis: ita agenda est leticia: vt nunquã amaritudo sequentis iudicij recedeat a memoria. Quã habere cõtinuam ille nobis concedat qui mallis terribilis: bonis amabilis iudicaturus aduenit. ¶ Comes

Habēda est igitur memoria iudicij: ex qua sic ad bene agendum reducuntur mali: Nam q hu milem iesum nūc per scripturā audire cōtemnūt: ⁊ ad penitētiā peccatorum venire ex memoria iudicij minime voluntin extremo tempore eius iudicantis furorem fugere non valebunt. Uñ ego licet nimis occupatus in mundo: inter duz ad solatiū mentis lectioni operam tribuens: illud gregorij super mat. sepius legi. In maiestate inquit sali cetvisuri sunt: quē in humilitate videre nolunt. vt tāto districtius virtutem eius sentiāt: quanto ceruicē cordis ad ei⁹ patientiā non inclināt

¶ Feria tertia post primam dominicam in quadragesima de auaritia mercatorum vendentiū ⁊ emētiū. Et an aliquo modo sine auaritie culpa vel alterius peccati liceat mercatio exerceri. Sermo. xvi.

Intrauit iesus in templuz dei ⁊ eijciebat omnes vendentes ⁊ ementes in templo. mat. xxj. ca. hec verba scribunt Post tractatum matris omnium vitiorū supbie: a qua potissimū septē capitalia vitia sumūt originem. Et post tractatū ianis glorie: que tāq̄ superbie primogēita: alioz vitioz obtinet principatū. Atq; post tractatū iniqssime gule q̄ nr̄os pmos parentes expulit de paradiso. Ad quorum virorum extinctionē hodierno die de iudicio generali fecimus mentionem: cōsequenter de auaritia tractādū est: que omnibus istis socia fuit. vt genus humanū in baratrū diaboli mergeretur. Et licet de ea primo generaliter: postremo peculiariter tractandū esset: tamē quia infra hebdomadā populi negocijs occupātur familiaribus: ad predicationes nō vniuersaliter cōfluāt. Ad vtilitatem religiosissime princeps opus hoc scripture mandauimus. de auaritia mercatorum spāliter in pſenti dicem⁹: presum cū euangelica lectio: ad cuius ordinem tractatus iste disposit⁹ est: hac de re faciat mētionē. Pro cuius exordio q̄ritur: An aliquomodo liceta sit ipsa mercatio: Ad cuius euidētiā aduertendū est ſm alexandrū de al. q̄ tria sunt genera operū humanoz. Quedā eni sunt que nimime possunt esse mala. sicut diligere deum ⁊ proximū. Que daz que aliquomodo nō possunt eē bona cu iusmodi sunt. blasphemare deum odire proximū: vsura fornicatio: ⁊ similia. Quedam autem reperire contingit. que bona esse possunt ⁊ mala. sicut et elemosinam dare: ieiunare: ecclās visitare ⁊ alia his similia: inter que mercatio numerari debet: que de se mala non. est: sed aliquibus circunstantijs deprauari potest. Unde augusti. aut. in libro de questionibus noui ⁊ veteris testamenti. Et notatur. lxxxviij. di

stinc.c fornicari. Fornicari homini bus semper nō licet: negociari autē aliquādo licet: aliquando nō licet. Qd autē de se licitū sit. doctor sub/ tilis magister iohannes scotus in q̄ stione. ij. super dis. xv. quarti sentē. ondit ex manifestis necessitatibus: ⁊ cōmodis hominū cōmunitati puenientib⁹ ex officio: ⁊ exercitio ipo mercādi. Cōstat cuim p̄rievel vbi multa deficere que in altera super/ habūdat. Qui aūt in colēdis agris ⁊ in ceteris artib⁹ mechanicis oc/ cupantur: vel rei publice regimini aut iuste militie operam p̄stant: ad res quibus eguerint emēdas ⁊ de/ ferendas cōmode ⁊ oportune ire nō possunt. nec insuper omnes in/ dustriam ad hoc ⁊ peritiā habent. Qua ex re reipublice satis expedit q̄ huic officio aliqui idonei manci pent: quibus vtiq̄ merito p emo lumento aliquid lucri debet. Uñ apostolus p̄me ad corin. ix. ca. di/ xit. Nemo militat suis stipēdijs vn/ q̄. Et quis reperiri possit: qui si/ ne lucro huic operi inseruire vellet Cum mat. x. ca. dominus dicat. Di gnus est mercēnarius mercede sua Proinde ostendit negociationem eē licitā lege nature: scripture ⁊ gra tie. Prio naq̄ nō ostendit lege na ture. q̄ qd̄ vniuersaliter reipubli/ ce ⁊ peculiarit vtile est: quoq̄ mo/ do fieri debet: imo nō parū laudan di sunt: qui hac intētiōe huic operi inseruire conant. licet inde lucrari videantur. cū industriā sollicitudi nez: labores: pericula hac p re mer catores exponant. dūmodo discre/ ta sit quantitas lucri. Secudo idē ostenditur lege scripture. q̄ nego/ ciatio i nullo loco reprobatur im/ mo de se conceditur. Unde in vlti timo capitulo secundi libri neemie dr̄ q̄ negociatores i die sabbati nō venderent. Ex quo colligi potest q̄ alijs diebus mercatores emere ⁊ vendere poterant. ⁊ si in die sab/ bati erat phibita. hoc pp̄ter festū erat i quo negociare nō licz: nō q̄ essz de se mala. Tertio quoq̄ nego ciationē esse licitam ostenditur le/ ge gratie. Naz tali tempore aucto/ ritas vniuersalis ecclesie mercato/ res sub congrua mensura lucrātes minime damnat. immo in. c. p ve/ stras. de donationibus inter viruz ⁊ vxo. mercatores approbare vide tur: quādo dicit pro. vxoris cuius/ dā cautela dotez deponi debere in manu mercatoris. Sed contra p̄/ dicta obstare satis videt qd̄ iohā. criso. sup hoc euangelio dicit. Nul lus xp̄ianus dz esse mercator: aut si voluerit eē p̄jciat d̄ eccl̄ia. Et pau lo post. Qui emit ⁊ vēdit nō pōt eē sine periurio. Ad qd̄ dicendū est q̄ crisosto. ibi execreatiue locutus est p eo q̄ pauci sunt mercatores qui suis in negotiationibus iusticiā ob seruent. ⁊ q̄ multis alijs vicijs ibi non peccent: Aut absq̄ dubio non est in hoc dicto sequēdus cū nullā habeat p se rōnez cogentē: aut scri pture auctoritatē. Nā ex euangelio

hui⁹ diei nõ potest aliud colligi: nisi q ipse christus innuit cõtra vendẽtes ⁊ ementes intemplo: quod vtiq; illud graue peccatũ est sicut ostẽdetur inferius. Aduertendum tñ est q sunt quedã negocia, que vix possunt absq; peccato fieri. Sicut beatus grego. in omel. xxiiij. dicit. Et notatur a gratiano: de peniten. distin. v. in. c. negociũ. Huiuscemodi ꝑm duran. nostrũ ⁊ alios doctores septem sunt. Cura. s. rei familiaris: militia: procuratio: administratio: aduocatio: quod negociũ ꝑm hostiensem omnibus est periculosius. Episcopatus officium: quo nihil miserabilius ⁊ periculosius est. si perfunctorie: idest negligẽter res agatur. Ut in. xl. distinct. de cre. ca. ante hec omnia: dicitur. Que verba proprie sunt augustini ad valerium. licet hec vltima duo sub procuratione ⁊ administratione valeãt comprehendi. Septimũ quoq; negocium mercatio est: de qua leo papa sic inquit. Qualitas lucri negociantem aut accusat: aut arguit: quia est inhonestus q̃stus ⁊ turpis. Uerũ tamen penitenti vtili⁹ est dispẽdia pati: q̃ periculis negociatiõis astringi: q2 difficile est inter emẽtis vendentisq; cõmertiũ non interueniꝛe peccatũ: q2 licet de se bona sit: tñ ex aliqua circũstantia de facili maculatur: sicut mercatio istorũ in tẽplo vendentiũ ⁊ ementium: qd omnino hoc agere in templo licitũ nõ erat: Quamobrẽ ipse xp̄s de tẽplo oẽs eiecit. sicut dixerũt pauloante vba pposita. Et ideo donãte deo de omnibus circũstantijs negociationẽ deturpantibus ⁊ illicitã facientibus: in presentiarũ tractare disposo. vt appareat quando ⁊ quomodo fieri potest sine peccato. Sz q2 de oib⁹ tractare simul nimis longũ esset. de tribus duntaxat hoc in ꝑmone diceni⁹. De reliqs vo subsequenter tractabis. ¶ Comes

Ideirco legi ego de templo vẽdentes ⁊ ementes eiecit: vt mistice demonstraret: q in venditionibus ⁊ emptionibus de cordeho minus qd est templum dei: auaritia eijci debet. Nam si in mercantijs ⁊ artibus ipsam dominari cõtigerit: mercator ⁊ artifex relictis diuitijs: quas aggregauerat: ꝑculdubio in eternũ peribit. Unde prouerbioꝛ xxx. c. scriptum est. Per tria mouet terra: ⁊ quartum qd non potest sustinere. Per ꝑuũ cum regnauerit. Per stultũ cum saturatus fuerit cibo. Per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta Et per ancillam cũ fuerit heres domine sue. Seruus regnãs est corpus spiritui predominans. Stultus saturatus cibo. est affectus replet⁹ carnali desiderio. Mlier odiosa i matrimonio coniuncta. est mens elata odiosa deo: ⁊ demoni copłata. Ancilla heres domine sue: est intelligentia solũ terrenis ac transitorijs delicijs dedicata: q̃ tũc heres efficit cum ad tãtã ex auaritia pueñerit ce

citatem. vt ineternũ non credat diuitias relinquere ɔgregatas. Quã etiam multi hodierno die habent. De quibus ꝓpheta dicit. Oculos suos scilicet intelligentie: statuerũt declinare in terram.

¶ Pars prima sermonis de pma circunstantia qua mercatio detur/patur ꝛ efficitur illicita que dicitur circunstantia persone.

Vilis est valde res religiosissime princeps quã hodie i manibus habem⁹: ꝛ audiri digna a toto populo christiano: cum ea sit diaboli viscarium: quo non solum layci verumetiã quod dolendũ est: ꝛ sacerdotes ꝛ clerici: mõiales ꝛ religiosi iniquissime capiuntur. Quis in veritate dicere possꝫ: auaritie ego nõ studeo. Audiamus quid propheta iere. vj. ca. dicat. A minore quippe vsqꝫ ad maiorem oẽs auaritie student. Et a ꝓpheta vsqꝫ ad sacerdotem cuncti faciunt dolum scilicꝫ in negociatiõe. Propterea mercatio que de se rei publice vtilis ꝛ licita est: vna prima circũstantia: que ꝑsone dicitur: detur patur ꝛ fit illicita. Clericis enim ꝛ ecclesiasticis viris: omnibusqꝫ religiosis personis mercationi minime vacare lꝫ. Pro inde paulus apostolus secunde ad thimo. secundo capitulo dicit. Nemo militans deo implicat se negocijs secularib⁹: vt ei placeat cui se ꝓbauit. Hieronimus etiã ad nepotianũ: clericorũ sibi vitam describẽs ait: Negociatorẽ clericum: ꝛ ex inope diuitem ꝛ ex ignobili gloriosũ quasi quãdã pestes fuge. Et augustinus in libro questionũ veteris ꝛ noui testamẽti dicit. Anteq̃ eni ecclesiasticus quis sit: licet ei negociari: facto iam nõ licet. Que dicta lxxxviij. distin. decre. c. negociatorẽ. ꝛ c. fornicari. grati. ãnotauit. In. c. quoqꝫ multa sunt negocia. extra ne ne clerici vel monachi se misceant negocijs secularibus. plurima talibus interdicuntur. Inter que negotiatio cõputatur. Unde in. c. ꝑm dicit. Scdm instituta predecessorꝫ nrorũ sub interminatione anathematis prohibemus ne manachi vel clerici causa lucri negocientur. Si quis autẽ horꝫ oppositum huius cõstitutionis fecerit depo ni debꝫ. Ita tamẽ q̃ religiosi strictius q̃ alij puniantur. Unde in ca. sed nec: dicit. Si quis autem aduersus hoc venire tẽptauerit. quia cõtra doctrinaꝫ fecit apostoli dicentis: Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus: qui seculariter agit: ab ecclesiastico fiat ministerio alien⁹. Et infra. Strictius decernim⁹ puniendum si religiosorum quispiam aliquid predictorum ausus fuerit attentare. ¶ Comes

Hoc. xcj. distin. decre. legitur vbi in. c. clerici: ex sacro concilio sic habetur. Qui vero ꝑ enendo aliquid in nundinis: vel in foro deambulant: ab officio suo remoueantur: vel degradentur.

¶ Pars secūda sermonis de secū-da circunstantia qua mercatio efficiatur illicita que dicitur temporis

Habucauté est alia circūstātia religiosissime princeps qua mercatio efficitur illicita que vocat circūstantia temporis. Nā cuilibet christiano vt habetur exodi. xx. ca. precipitur: et pceptore dicit. Memento vt diem sabbati sanctifices idest sanctis operationibus: locutionibus et meditationibus vaces: Mercatores igitur qui vadunt ad nundinas et mercata: et dimissis officijs sacris: inauditaq3 missa: et sprēto dei verbo: sicut cōmuniter fit in eis qui vendūt et emunt inhiantes ad temporalia lucra: contra diuinū preceptū agentes: non solū peccāt mortaliter: verumetiam eis fit mercatio illicita: q̄ de se erat bona. Quo ex re fit iusto dei iudicio. vt q̄si insensibiles in rebus diuinis effecti nil sapiant nisi trāsitoria et terrena. De quibus baruch. iij. ca. dicitur. Ex-quisiuerunt prudentiā que de terra est negociatores terre theman. Theman autez auster interpretatur Est autē auster vētus meridionalis qui humidus est et calidus: significās cupiditatem et auarttiā. Que quidē inuer se differūt. Nā cupiditas immoderate concupiscit non habita. sed auaritia iniuste retinet acquisita. Primū enī in humiditate: 2m vero in caliditate significatur.

¶ Comes

Minime mirandū est si mercatores hodierno die eūtes ad nūdinas: verbum dei missas et officia sacra dimittant: Cum eccle. xxvij. c. scriptum sit. Qui querit locupletari. auertit oculū scilicet a iusticie via. Qđ approbans ait: et sub dit. q: sicut in medio compaginis lapidū palus figitur: sic et iter medium venditionis et emptiōis angustiabitur peccator

¶ Pars tertia sermonis de alia circūstantia qua mercatio efficitur illicita dicitur loci. Antonius

Locus etiam religiosissime princeps illicitā quādoq3 facit mercationes vt cum fit in loco diuino cultui dedicato. Unde dominus sicut paulo ante in euāgelio lectū est de templo vēdentes et ementes eiecit. In quo quidē actu feruido zeli domini nostri aduertendū est: q nō tantū vendentes: sed etiam emētes eiecit de templo. eo q vendentibus occasionē mali prestabant: cū hoc nō facerēt in debito loco: sed vbi orationis studiū perturbabant et domini cultus. Quanta autez veneratiōe et reuerentia digna sint sacratissima templa dei et loca sibi dedicata: in. c. decet: de emunitate ecclesie: libro. vj. plentissime legit. vbi dicitur. Decet domum dei sanctitudo. decet vt cuius factus est in pace locus eius: cultus sit debita veneratione pacificus. sitq3 ad ecclesias humilis et deuotus ingressus: sit in eis

deuota conuersatio: deo grata: inspicientibus placida. Unde infra dicit In ecclesia nihil inhonestum: nihilque incongruum fieri debet. Et recte illa loca veneranda sunt: quibus aliquem inhonorem impendere: maxima dei proditio reputatur. Unde ber. in quodam sermone sic ait. Omnio proditor est: et se esse nouerit quicunque est ille qui vitia quelibet in hanc domum conatur inducere: et templum dei speluncam vult facere demoniorum. Ait enim magister hystoriarum: et horosius in cronicis suis: quod cum pompei⁹. xxij. orientales reges expugnasset: semperque in rebus becillis triumphasset. ad vltimum ierosolimam veniens obsedit templum: confugientesque ad illud: cepit et interemit. et ibidem velut in suis atrijs equos collocauit: ex quibus diuino iudicio factum est vt qui ante in omnibus victor erat post hec infeliciter victus fuit. Nec imerito quia in templis res sacre collocantur. sacramenta ministrantur: beneficia postulantur: et impetrantur: et quid plura: sacra templa: diuina maiestas inhabitat. iuxta illud psalmi: Deus in templo sancto suo. Unde dei templum: basilica dicitur: a baseleon quod est rex. vel imperator. Unde basilica quasi palatium regis: Sic enim ecclesiam beatus ambrosius nominat dicens. Horrebam quippe animo: cum armatos ad basilicas ecclesie occupandam: missos cognoscerem. Que verba vicesimatertia: questione octaua: capitulo. Conuenior. gratianus annotauit. Quorsum hec tam longo repetita principio. vt in templis intelligeres religiosissime princeps mercationes et secularia negocia debere minime exerceri. Unde in antedicto. c. decet. infertur. Cessent in ecclesijs eorumque cimiterijs negotiationes et precipue nundinarum: et fori cuiuscumque tumultus. Omnium in eis secularium iudiciorum strepit⁹ conquiescat. Sed tamen de multis hec pauca sufficiant. Comes

Ex dictis beati benedicti habemus: quod in quadragesima quarta distin. decreti ponitur. In oratorio: inquit grati. preter orandi et psallendi cultum: penitus nihil agatur vt nomini huic et opera iugiter impensa concordent.

¶ Feria quarta post primam dominicam in quadragesima de trib⁹ alijs circumstantijs quibus mercatio efficitur illicita. Sermo. xvij.

Generatio mala et adultera signum querit et signum non dabitur ei nisi signum ione prophete Detestantis auarorum male mercantium multitudinem domini saluatoris verba sunt ista. que mat. xij. c. describuntur. Ad ea que de mercator ib⁹ supri⁹ dicta sunt rc. P. alia tamen loco quedam occurrunt que omnino preteriri non possunt. Unde generatio mala et mercan-

tias adulterās querit: An mercātie plusquā valeant possint licite vēdi vel etiā minus emi? Pro cui⁹ interrogatiōis declaratiōe notādū est ex doctrina doctoris subtilis iohānis scoti. q. ij. super disti. xv. iiij. lib. sen. quod valor quarūcūq rerū dupliciter sumi potest. Nā vnus naturalis: reliquus vsualis appellaf. Primus est scdm bonitatem nature in re a deo create. Et hoc modo herba mus: formica vel pulex: plusq̄ panis extimaf: cū illa animā habeant: panis vero anima priuef. Secūdus vero qui dicif vsualis q in respectu ad vsum nostrū sumif: quo quāto res vsibus nostris magis expediūt: tanto āplius valēt. Et hoc modo illis herbe. s. muri: formice: vel pulici panē preferim⁹ Et quia emendi vel vendendi actus ad humane vite vsus ordinaf: ideo in eis valor venaliu rerū scdo modo sumitur z nō primo. Scdo etiā notādū est qō hic valor vsualis in re venali tripliciter ↄsiderari potest. Primo respectu virtuositatis: quando res. s. venalis v̄tuosior est et efficatior nostris vtilitatibus. Scdo respectu raritatis: quādo. s. res venalis ex raritate z inueniendi difficultate magis nob necessarie sunt sicut est de frumēto tpe penurie: qō maiori precio vēditur q̄ abūdantie z fertilitatis tpe. Inde est qō magis extimatur aurum vel balsamū: q̄ aqua: terra: vinū: vel oleū oliuarū: Tertio respectu cōplacibilitatis: quādo. s. res venalis est magis cōplacibilis volūtati nostre: quo modo preciatur equus ab armigero: et ornamētū a muliere. Tertio ad huc notandū qō pensatio valoris vsualiu rerū vix aut nūq̄ a nobis fieri potest: nisi p cōiecturale z probabilē opinionem. His visis dicif ad hui⁹ q̄stiōis male quesitū: qō res saluo meliori iudicio nō possūt plus licite vendi vel minus emi: q̄ valeāt: earū pēsato valore ad vsu nostrū z ad pbabile extimationis humane iudiciū: mensurato etiam valore rei infra limites latitudinis competētis: Que quidē latitudo in re: cōsuetudine: z discretione innotescere potest. Primo inq̄ iure sic inotescit: quia ius determinat: qō quādo emptor vel vēditor vltra dimidiū iusti precij defraudetur: contractus sit nullus: z p iudices irritādus. Tamē scdm doctorē subtilē: vbi supra. Si ifra illud notabilis fraus appareat: est correspondēs restitutio facienda. Hoc quidē itelligi debet: si defraudatus excessum ignoraret. Sciens enim donare potest: et in ↄtractū cōsentire: z defraudatus putari non debet. Et licet lex ciuilis dicat quod cōtrahentes se inuicem decipere possent: tamē ecclesia in cōtractib⁹ dolū facē non pmittit. Lex enim ciuilis vt sanctus thomas dicit: populis data est in qua multi sūt a veritate deficiētes: z ea solū phibet: que humanū modū viuēdi destruē dinoscūtur. Et ideo dūtaxat

O Bsecrare m te nimis: vt nūc diceres: An quādoq̄ p alias cogitationes homo possit habere ꝛ acquirere meritū: nisi quia dum talia cogito: illud quod gregorius in mora. ait: mētis mee oculis ante pono. Sciendum inqt grego. aliud esse qđ aius de tēptatiōe carnis patitur: aliud q̄ nōdū p cōsensū obligationib⁹ delectatiōis obligatur. Plerique delectatiōe praua pulsant: vel cogitatiōe: s; renuūt plerique aūt dum persum qđ concipiūt hoc intra semetipos per desideriū nolūt. Ex quibus intelligo: quod per cogitationes malas primi meritū scđi vero n̄ minimū q̄nq̄ acqrūt dānū. ¶ Pars scđa sermonis de abhominabili ꝛ immundissima cōditione luxurie. Antonius.

S Ciendū nāq̄ nobis est R. P. q̄ luxuria ex sua abhominabili cōditiōe est priuatiua bonoꝝ fortune. Unde luce xv. dicit. qđ adolescētior filius dissipauit substantiam suā viuēdo luxuriose. Et ideo salomō xxix. puer. dič. Qui nutrit scortū pdit substantiā. Quāo bīe btūs iob xiij. sui lib. de ipa luxuria inqt. Ignis est vsq̄ ad ꝯsumationē deuorās. ꝛ oīa eradicās germina. Hinc per quēdā prudentē dicit. Qui sequit bachū: taxillos ꝛ meretrices: infamis semp: semp egen⁹ erit. Etiā luxuria est puatina bonoꝝ nature. Quid eni in natura dulci⁹ ac desiderabilius est ipa sanitate. ꝛ tñ p luxuriā pditur: q: nr̄a sanitas est in corpore in quo libido dn̄at. Un̄ paulus ad corin. v. dič. Omē pcm̄ qđcūq̄ fecerit hō extra corpus est: q aūt fornicat: in corpus suū peccat. Et glo. sup hoc ait. Cetera pctā tñ aiaꝫ maculāt: fornicatio aūt nō tm̄ aiam: s; corpus etiā cōtaminat. Inde q̄nq̄ oculoꝝ pditur lumē: man⁹ ꝛ pedes tremūt: oēsq̄ articuli corpis dissipātur. Proīde seneca in epl̄a xxiiij. dicit. Libidines tremores manuū pedū ꝛ articloꝝ gfiat ꝺpauationē. Et aristo li. iij. ethi. inqt. Coeuntes iscētie vehemēt pcutiūt. Nōne ꝛ bonū ingenij int̄ bona naturalia ꝯnumerat ꝛ tñ luxuria talr hebetat: vt q̄si suū oēm vigorē penit⁹ amittat. ppterea sene. j. declama. ait. Nihil inqt tā mortiferū ingenijs vt luxuria. Et sacrarū

armariū litteraꝝ hiero. sup maſ. di cit. Sicut vinū ⁊ ebrietas eū qui bi berit mentis sue impotem facit: ita fornicatio ⁊ voluptas peruertit sen sum: animūq; debilitat ⁊ de rationa li brutū facit aliquando. Quid eniꝫ in bonis nature dignius esse pote rit his que dicta sunt: tamen preter hec omnia salo. vj. puer ait. Turpi tudinē ⁊ ignominiā aggregat sibi s. luxuriosus: ⁊ obprobriū illius nō delebitur. Adhuc luxuria est priua tiua bonorꝫ gratie. Impossibile enim est anime luxuriose virtutes inesse. Propterea seneca ait. In vo luptate nihil est magnificū. nihil qḋ primā naturaꝫ deo deceat. Unū da uid qui dño tantū fidelis erat sicut in x. ij. lib. Regū legitur. Nō solum ppetrauit adulteriū: sed amore lu xurioso bersabee turpiter captus fidelem suum Uriam militem pro ditorie occidi mādauit. Quāta qui deꝫ caritate soror diligi debet a fra tre: ⁊ tamen amon luxuriosus omi caritate postposita: vt xiij. ca. ij. lib. Regū describitur. Thamar sororē suā violēter oppressit. Quia vt ber. ait. Nociuū quippe viciū cōcupiscē tie interiorē hominē: ⁊ exteriorem occupat. Et grego. i mora. dicit. Lu xuria est cecitas mentis. Et bene di cit qḋ est cecitas mētis: quia cū ani ma virtutibus nō modo videat: ſꝫ viuat: quādo ipsis priuatur: nedū ceca efficitur: sed quasi mortua iudi catur. Unde bernar. in quodā ser mone de apostolis ait. Nō viuit qui luxuria sordidatur: quia ceteris pe stibus inficitur: qḋ vere non est hoc viuere: sed cōfundere vitā: ⁊ appro pinqre vsq; ad portas mortis. Nōne samson qui ita carus dño fuit: ⁊ ta tam gratiā ab eo recepit: vt xvj. ca. iudicuꝫ legitur. Luxuriosa dalida victus ⁊ inique ab ea deceptus: ⁊ a suis inimicis philisteis turpiter ca ptus: semetipsum vltimo ⁊ hostes suos ppriovigore pemit. Salomō quoq; qui erat ita sapiētia clarus si cut xj. ca. iij. Regū volu. scribit. Cū iam senex factus esset: per mulieres cor eius deprauatū est adeo: vt de os alienos sequeret. Senes illi qui populū iudicabant: sicut daniel in xiij. ca. sui lib. cōmemorat: exarden tes in susanne cōcupiscentiā: auer terūt sensum suū. s. rationis. Innu merabilia sunt testimonia scriptu rarū quibus ostenditur mentē ho minis bonis gratie priuari per lu xuriā. Sed ne sermo longius ptra hatur: ostēdamus vltimo qḋ luxu ria est priuatiua bonorꝫ glie. Quo modo enim luxuriosi poterūt intra re vitā eternā: cum de eis propheta psal. xx. dño dicat. Pones eos vt di banū. i. furnū ignis: in tempore vul tus tui. i. in die iudicij. Unde sequi tur. Dñs in ira sua cōturbabit eos: ⁊ deuorabit eos ignis. Ut qui nunc pleni sunt igne luxurie: tandem im pleantur igne gehenne. In qua ce dem ppheta testante. Pluet dñs su per peccatores laqueos ignis. Nā penā luxuriosoꝝ dātes cōsiderans

quinto cantu prime comedie dicit eam nõ potuisse aspicere: ex horrore affirmat dicẽs. Da che ho inteso quelle anime ofese. Chi mai el viso e tanto el teni basso. Fin chel poeta mi disse che pensa. Quãdo io respo se chomẽzai o lasso. Quanto dolze pensero quãto desio. Meno costor al doloroso passo. Et licet luxuriosi priuẽtur gloria: et tãta cruciẽtur pena: tamẽ in hoc etiã mũdo nõ semp transeũt sine vindicta. Nã gen. vj. ca. scribitur qõ ppter luxuriã dñs machinã mũdialẽ per diluuiũ dissipauit dicẽs ad noe. Finis vniuerse carnis venit corã me: repleta est terra iniquitate .i. luxuria. Et notanter tale petm̃ luxurie: iniquitatẽ appellat: pro eo qõ non est aliqõ facinus qõ tantũ deo displiceat. Unde quinqꝫ ciuitates sicut in .xix. c. eiusdẽ voluminis legitur: sulphure et igne ex eo ipse combussit. ¶ Comes.

Propter hãc igit luxurie malam cõditionẽ: hieronimus ad rusticũ monachũ ait. Nihil vilius ẽ̃ a carne vinci: nihil gloriosius ẽ̃ carnem vincere.

¶ Pars tertia smõis de malignissima et iniquissima fructificatiõe et generatiõe multoꝝ maloꝝ ex luxuria procedentiũ. Antonius.

Secundũ beatuꝫ grego. xxxj. lib. mora. R. P. q̃tuor filiarũ societates ex luxuria generatur. Prima societas est cecitas mentis et incõsideratio. Scđa est incõstantia et precipitatio. Tertia est amor sui et odiũ dei. Quarta est affectio presentis seculi et horror siue desperatio futuri: de quibus societatib⁹ breuissime aliquid dicã. Prima igitur societas est cecitas mẽtis et incõsideratio. Et non est mirũ si iste due simul luxurie simul iũgãt. Nã cũ luxuriosus rationis oculũ perdit: qꝫ teste gregorio. Luxuria est cecitas mentis: sine aliqua consideratione omia sua negocia facit. Unde sequũtur postea adulteria: sodomie: homicidia et alia mala grauissima: q̃ silentio ptranseo breuitatis causa. Sed si nihil aliud incõsiderãter faceret: nisi quia pro momẽto miserrime delectationis et fetide amittit gaudia sũme felicitatis. Hec iiqtas maxima: et peruersitas summa: ab omnibus puniri debet. Unde augustinus ait. O quanta iniquitas: quanta qꝫ peruersitas vt aiam quã christus sanguine suo redemit: luxuriosus qsqꝫ ppt vni⁹ mõmẽti delectationẽ diabolo vẽdat ac tradat. Scđa societas est incõstantia atqꝫ precipitatio. Quis enim in hoc dubiũ habere potest: quia qui inconstans est: in multis se precipitari nõ curat. Sed luxuriosi adeo incõstantes et pcipites sunt vt calamo similẽtur: quos diabolus velut ventus agitare nunc ad istud malũ: nũc ad illud hinc inde non cessat: intantũ vt ipse malignus spiritus in ipsis inhabitet: et velut domũ propriã per malã consuetudinẽ possidet. Pro-

inde sanct⁹ iob domū maligni spiritus describēs.xl.c.sui libri dicit. Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humētib⁹. Umbra q̄dem luxoriosus est: qui rōnis omi luce priuat: calam⁹ quoq3 dicit̄ q: omi vento tēptationis agitat̄. In hoc profecto dyabolus habitat: q: humores eius fetidos ꝛ luxuriosos amat. Tertia societas est amor sui ꝛ odiū dei. Certe eni ꝫm augustinū i libro de citate dei. isti amores duas citates cōdiderūt. cū aliq̄ modo simul stare non pñt. Hinc mathei.x.ca. dñs ait. Qui non accipit crucē suā ꝛ sequitur me: nō est me dignus. Quomō igit̄ crucē accipiet q ex amore carnali suo cūctis sevo luptatib⁹ pbet: ꝛ quō luxuriosus cū amore suo deū amabit: qui mēbra sua mēbra meretricis facit. Uñ ysidorus ait. Inter cetera septem vicia fornicatio maxim est scelerisq: per carnis immūdiciaȝ templum dei violat ꝛ tollēs mēbra xp̄i facit mēbra meretricis. Ultima societas est affectus pñtis seculi ꝛ horror siue desperatio futuri. Et r cte de supna glīa luxuriosi sperare nō audent: q: teste gregorio. Illos nulla expectat gloria in quib⁹ nō fuerunt laboriosa certamia. Certem⁹ ergo R. P. ne tali ac tanto vicio vincamur: ne eternali glīa āmissa pena cruciemur. A qua nos liberare dignetur saluator mūdi ,ppheta qui vēturus est et venit in mundū: qui gn q3 panib⁹ ordeaceis satiauit mlti tudinē hoīuȝ. q viuit ꝛ r. ¶ Comes

Heu me cogor dicere q: vndiq3 mihi sunt angustie. Uideo eni vt hieronim⁹ ad eustachiuȝ ait quia hic hostis intus inclusus est. quocūq3 pergim⁹ nobiscum portamus inimicū: ꝛ tñ istud viciū graue est offendiculū. Uideo etiā ꝫm spm̄ q̄ q̄squis carnalib⁹ desiderijs anhelat: nil aliud q̄3 vermes amat Quid ei est carnalis substātia teste gregorio testant̄ sepulchra: ꝛ tamē scdm carnē ꝑcutior luxurie lancea Uideo insup vt idē sanct⁹ dicit. q̄3 breuis est voluptas fornicationis. sed ꝑpetua est pena fornicatoris. Et licet ipe grego. dicat. ne q̄q̄3 in senectute ꝯtinētes vocādi sunt q in iuuētute luxuriose vixer̄t. tñ nūc ꝑuire castitati mēs mea eligit: q̄3uis i pñti arū me senescentē libido ꝯtēpnit:

¶ Fera scda post q̄rtaȝ dñicā in .xl. de furioso vicio nequissime ire.

Sermo .xxxix. Amthonius.

Zelus domus tue comedit me Johānis .ij. ca. hec v̄ba scribūtur Hinc pro exordio ꝫmonis q̄ritur. R. P. An hō q̄ñq3 possit turbari ꝛ irasci sine pctō: Ad qd̄ breuiter rñdetur ex sentētia durandi: astesani. ꝛ alexandri in scdo volumie. Quod triplici mō homi nem irasci siue turbari q̄ñq3 cōtingit. Unomō rōne nature sicut plerisq3 sepius euenire solet qui ꝑpter

idinationē nature ad passionē irascibilitatis subito cōturbant. Hec quidē ira si vltra p̄mos motus pcedere nō cognoscit: nullius culpe a doctorib⁹ extimat. Nā p̄bo teste. primi motus non sunt in nr̄a ptāte alioꝫ ōne vidicte offensiōis humane que illis euenire ɔtingit qui ꝑpter aliquā offensionē humanā ꝑpriā vel alienā se vidicari ex indignatiōe appetūt atq; desiderant cū ex iniuria accēso sanguine circa cor irascant ⁊ turbent. ⁊ hi quidē si vindicta leui vidicari se vellētve maliter peccarēt. Vn̄ glo. sup illud psal. Irascimi ⁊ nolite peccare: di. Venialis est ira que non pducit ad effectū. i. ad ḡue primi nocumētū. Ulliomodo hoiem irasci cōtingit ratione vindicte offensiōis diuine sicut irat⁹ est moyses cōtra ydolatras. vt exo di. xxxiij. legit. ⁊ helyas cōtra sacerdotes baal. vt in. iij. voluminis Regū. xviij. ca. scribit. Et hec ira est que p̄prie vocatur ira per zelū: que cū virtus sit non phibetur. si rōnis ordine pcedere cognoscat. s. vt nemo ad vindictā pcedat nisi sit talis q̄ iniuriā dei vindicare sibi ex officio cōtingat. Nā xxxiij. q. iiij. §. In hoc dicit. Pena nulli inferenda est nisi p iudicē. In duobus p̄mis locis ira ex ipatientia cognoscit pcedere. In vltimo ex zelo ⁊ diuine caritatis amore Vn de gregor⁹ libro. v. moral. taliter inquit. Alia est ira quā impacientia excitat. Alia quā zelus format. Illa ex vicio hec ex virtute gn̄atur. ira per viciū oculos mētis excecat. ira per zelū turbat. Unde autē mens turbat ne videat: inde pficit vt ad videndū verius clarescat. Sicut in firmāti oclo cū collirij imittit: lux pumitus negat: sed inde eam post paululū veraciter pspicit: vn̄ hanc ad tempus salubriter amittit. Hāc igit iram per zelū. R. P. xp̄s deus noster habuit hodie: qn̄ facto flagello de funiculis emētes vendentes eiecit de templo: cum de eo scriptū esset. psal. lxviij. zelus dom⁹ tue comedit me: que fuerūt verba ppo sita. Ut igit hn̄ cognosci possit: qn̄ turbatur ⁊ iratur homo cū peccato: ⁊ sine peccato de ira in presenti sermone loqui constituimus. De q̄ fm ordinē nostrū tria dicem⁹. Primo loco quid sit ira. Secūdo loco q̄ȝ mala sit ira. Tertio loco quot mala sequitur ex ira. ¶ Comes.

Ego satis opto hanc rem de q̄ pollicitus es te esse dicturum audire: q: sepius mihi accidit qȝ ꝓphetapsal. xxx. canit. Conturbatus est. s. in ira oculus meus: ⁊ paucos video: ⁊ vtinā nō ita pauci essent q obediant sibi. psal. iiij. dicenti. Irascimini ⁊ nolite peccare.

¶ Pars prima sermonis de diffinitiōe ⁊ entitate ire ⁊ vn̄ ipsa capit originem. Antonius

Secundū q̄ a theologis et phis capitur. R. P. peccatū ire vario respectu triplici mō diffinitr

potest.fm quod tripliciter hominē:vt in exordio dictū est turbari contingit. Uno modo ratiōe et respectu nature. Nam quādoque in plerisque euenire cōtingit.vt ex iniurie modico subito conturbent. licet ex ira tali nulli ā appetant habere vindictam immo ex ea que cito transit valde tristantur:et talis ira ab alexandro et a duran.in sūma et a pho.ij. ethi. taliter diffinitur. Ira est motus potentie irascibilis ex accensione sanguinis circa cor factus ab apparēti paruipensione. Talis quidem ira potius pena est quam culpa. Aliomodo ratione et respectu vindicte offensionis humane:quia sunt nōnulli recipientes iniuriam in se vel in rem sibi dilectione coniūctā qua ex impatientia indignati cupiūt inde habere pene vindictā. Et hec ira a pdictis peritissimis viris isto mō scribitur. Ira est motus potētie irascibilis ex accēsione sanguinis circa cor factus ex apparenti paruipensione propria ppter appetitū pene vindictam ppriam. Et huiuscemodi ira perturbantes:aut in alio modico se vindicare desiderant. et sic venialiter peccāt. Qua teste glo. sup illud Irascimini et nolite peccare. Uenialis est ira que nō pducit ad effectū i.ad graue pximi nocumentū. Aut in eis ita in patientia submergitur ratio:vt iniurie pene magnā vindictam appetant:et mortaliter offendunt:dum in ea ira diutius pseuerant. vnde augustinus ait. Ira diu retēta mortale est.i.peccatū. Et idē ibidē. Melior est ille:qui quāuis ira sepe tē ptetur.tamen impetrare festinat:vt sibi dimittat:cui se fecisse iniuriam agnoscit.quam qui tardius vel rarius irascit:et adueniā petendā tardius inclinatur. Hec ira insuper a glosa super mat.v.ca.sic declaratur. Ira est oīs motus malus animi ad nocendū. Uel ira est immoderatus appetitus vindicte. Ultimo modo talē vitiū diffiniri accidit ratiōe et respectu vindicte offensionis diuine: quia plerique inueniuntur qui recipientes iniuriā ad vindictam non excitantur.sed offensione diuina maxime perturbātur. Et hi ratiōis ordinē nō excedentis iniuriā dei solā vindicari desiderant. Nam iratus dauid contra peccatores domio dicit. Pones eos vt clibanū ignis:et cōtra detrahentes ait. Detrahentē secreto primo suo hūc persequebar. Hec ira sic describitur:que vocat ira bona per zelū. Ira est motus potentie irascibilis ex accēsione sanguinis circa cor factus ab apparenti paruipensione dei ppter appetitum pene in vindictā dei. Et notandū quod qui sic irascitur si sit iudex:et penā infligere peccanti sibi ex officio incumbit et non facit:in crimine participat:et culpa simili peccat. Ut lxxxiij.distin.habet. Error cui non resistitur approbatur. et veritas quā minime defensatur opprimit. Negligere quippe cū possis perturbare peruersos.nihil est aliud quam fouere

re. Nec caret scrupulo societatis oc- culte qui facinori desinit obuiare. Et de hac ira salomon eccl. vij. c. di cit. Melior est ira risu. quia per tri- sticiam vultus corrigitur delinquē tis animus. Et sic pretermissa pri- ma et secūda ira que sine culpa esse possunt: Tertia que media in ordi ne scripta est: de qua sermo principa- liter tanquam de nefando peccato pro loquitur: ex tribus vitijs sumit ori- ginem. Primo ex elatione superbie Quis enim ignorat: nisi ignorare ve lit quod cū superbus elatus fuerit: et ali- qua iniuria fuerit stimulatus ira fu rore et impatientia preeminet con- tumeliā proximo inferēdo. Unde puer. xj. ca. dicitur. Ubi fuerit sup bia: ibi erit et contumelia. et. xxj. ca. scribitur. Superbus et arrogans vocatur indoctus: qui in ira opera tur superbiam. Secūdo ex emulati one inuidie. Hinc gen. iiij. c. legitur Respexit dominus ab abel et ad mu nera eius. Ad cayn vero et ad mu- nera eius nō respexit. Iratusque cayn vehementer et concidit vultus eius Tertio ex insipiētia stulticie. Unde iob. v. ca. dicit. Uirum stultū interfi cit iracundia. Super quo gregorius ait. Uirū stultum interficit iracūdia ire sue stimulis accēsum. Corpus palpi tat: corpus tremit. lingua se ppedit: facies ignescit: exasperantur oculi: et nequaquam recognoscunt noti. Ore quidem clamorem format: et sensus quid loquatur ignorat. Et recte vnū quodque eorum in irato locatur: quia dum ira plenus est totus cōturbatur.

Proprie san ¶ Comes ctus iob dixit: quod stultū inter- ficit iracūdia. quoniā salomon pro uer. xxv. ait. Sicut tinea vestimēto et vermis ligno: ita tristicia viri no- cet cordi.

¶ Pars scda sermōis de cōditiōe et qualitate ire: et quam condignā et rōnabi lē retinet ipsa detestatiōnē. Anto.

Hoc de mala qualitas et cō ditio huius ire peccati est R. P. vt merito ab omnibus ratiōe vtenti tibus debeat detestari. Et licet plu rime et fere innumerabiles ratiōes hac pro re possint haberi. tamen vt bre- uiter dicam et ordo seruetur. Tres ex omnibus dūtaxat accipiam. Ma tale peccatū. R. P. Primo detesta ri debet rōne destructiōis substātie Cū priuatiōe bonorum fortune. Hinc eccl. xx. c. dicitur. Obiurgatio et in iuria que. s. ex ira pcedūt. annulabūt substantiā. Et cassiodorus ait. Me lior est qui vincit iram. quam qui capit ciuitatē: quia ex vna ira plurime pos- sūt amitti ciuitates. Cū priuatiōe bo norum nature. Unde eccl. xxx. ca. dicitur zelus et iracūdia minuūt dies. Cū priuatiōe bonorum gratie. Propter quod beatus iacobus. i. ca. ait: Ira viri iusticiam dei nō operatur. Et cassio. ait. Ubi est feruida vindicta: nō est temperata iusticia. Grego. quoque. v. lib. mora. dicit. Per iram sapiētia pditur: vt quid quove ordine opandū sit ne- sciatur. Et puer. xxvij. dicitur. Ira

nõ hʒ misericordiã:nec erũpens fu ror. Ecce q ex his auctoritatib' iacobi:cassi.grego.z salo.clare cõprehendit.q p irã iusticia:sapiẽtia: z misericordia que bona sunt gratie perdunt. Et non mirũ:q p irã lucis splendor interioris amittitur quo perdito nullũ bonũ operatur. Hac p causã beatus iob.xvij.c. q̃si se cõquerendo dicit. Caligauit ad indignationẽ oculus meus. Secũdo etiã hoc peccatũ detestari debet rõne offensionis pximi. Nã est ira inter pximos amicitiaꝝ dissipatio q: impossibile quasi est cũ homine iracũdo amicitias cõseruare. Hinc puer.xxij.c.dñs salomoni ait. Noli esse amicus homini iracundo. Ira etiã est inter pximos rixarũ puocatio. Salomone.xxx.c.puer.testãte qui ait. Uir iracũdus puocat rixas q aũt patiens est mitigat suscitatas. Ira preter hec oĩa est inter pximos indignationis deductio. Uñ salo.puer.xxvij.c.dicit. Graue est saxum z onerosa ẽ arena.ſʒ ira stulti vtroq; grauior est. Tertio ira detestari debet rõne offensionis dei. Tripliciter eni ira quodã spũali mõ offẽditur deus. Pᵒ imaginis destructione. Uñ grego.sup illud iob. Uirũ stultũ interficit iracũdia. Mansuetudo in nobis imaginẽ dei seruat. sed ira dissipat:que multis virtutibus priuat. Et aug'.super illud psal. In ciuitate tua imaginẽ illorũ ad nihilũ rediges. Merito inquit imaginẽ ipoꝝ ad nihilũ rediges de us in celesti ciuitate.q: s.irati i sua terrestri ciuitate imaginẽ tuã ad nihilũ redegerũt. Quod quantũ malũ sit hac cõparatiõe cognosci pt. Si quis in ecclesia destrueret imaginẽ crucifixi z poneret imaginẽ diaboli. Secũdo modo ira offendit deus hospitij pturbatione. Nã cũ corpora nostra templũ sint spiritus sancti.vt aplus ad cozin.vj.c.scribit dicens. An nescitis q: mẽbra vestra templũ sunt spiritus sancti. Et cum ira replent homines:templũ z hospitiũ spiritussancti violant. Hinc iracũdis apls ad ephe.v.ca.dicit. Nolite pcontristare spiritũsanctũ. Ubi grego.ait. Ira animũ pulsat sancto spiritui habitationẽ suã turbat imo q̃nq; patrẽ filiũ z spiritũ sanctũ de hospicio suo expellit:z diabolũ intro ducit:q: sicut in pace fact' est locus dei sic in ira loc' diaboli. Tertio modo ira offendit deus voluntatis cõtradictiõe.cũ omnis dei voluntas sit:vt habeamus z possideamus pacem:ira facit vt semper pcedamus ad litẽ.sicut salomon puer.xxvj.ca.dicit. Iracundus incendit litem. ¶ Comes

Quid igit de ira dicendũ est nisi q glosa sup illud puer. Uir iracũdus puocat rixas:ait. Janua oium vicioꝝ iracũdia est:qua clausa virtutib' intrinsecus dabitur requies:aperta ad omne facin' armabitur animus.

¶ Pars tertia smonis de ire dãnabilitate:z quã iniquã habet et

pessimā gnationē τ fructificatiōnem.

Anthonius.

Generatio huiꝰ maledicte mr̄is ire. R.P. ſm btm̄ gregoriū in libro moꝛa. per ſex neqſſimas eius filias demōſtrat: licet in opere fructuū euāgelioꝝ ſm aliquam opinionē dixerim ꝙ ex ea. xij. filie generent, de quibꝰ ſex vt noſter ordo ſeruet tres ſocietates faciemꝰ. Pꝛima ſocietas eſt rixa τ mētis tumoꝛ. Scḋa ſocietas eſt ꝯtumelia τ vocis clamoꝛ. Tertia ſocietas eſt blaſphemia τ indignatiōis toꝛpoꝛ. Hec autē quia manifeſta ſunt expoſitione nō indigēt tn̄ ad exhoꝛtatione nr̄am i vnaquaqꝫ earū aliqd breuiter dicamꝰ. Dixi igitur primo ꝙ vna iniquiſſima ſocietas malarū filiarū ire ſunt rixa τ mentis tumoꝛ. Rixa quidē ſm doctores eſt quoddam bellū priuatū: qḋ inter ꝑuatas perſonas agitur: τ nō ex aliqua publica auctoꝛitate: ſed ex mala τ inoꝛdinata volūtate. Unde ſup illḋ pauli ad gala. v. Ire rixe diſſēſiões glo. dicit. Rixe ſunt quādo ex ira ſe inuicē percutiūt. Unde hec rixa bene ſociatur cū mentis tumoꝛe: que eſt reputatio ꝓꝓrie perſone cū inflatione ſpiritus: quia qui eſt humilis ne qꝫ rixas diligit: neqꝫ libenter contendit: ſed ſuperbus τ arrogantie tumoꝛe inflatur: τ infla tione rixāt. Sicut amā de quo heſter xvj. c. rex artaxerſes dixit: tantū arrogantie ſue tumoꝛe ſublatus eſt: vt nos regno priuare niteretur. Hic apte declaratur: qḋ ex tumoꝛe mēus aman ſecute ſunt rixe: τ ideo vt diximus bene ſociātur. Alia ſocietas eſt malarū filiarū ire contumelia τ vocis clamoꝛ. Cōtumelia enī eſt inhonoratio alicuius cū priuatiōe dignitatis vel excellētie: que fit verbis tantū. Unde iſidoꝛus ait. Cōtumelioſus eſt aliquis quādo pronus τ veloꝛ tumet verbis iniurie. Et pfecto ſic videt iniure verba plane nō dicūtur: τ ideo cōtumelie clamoꝛ ſociatur. Pꝛoinde iracūdis ad ephe. iiij paulus ait. Omnis clamoꝛ tollatur a vobis. Et ecci xxx. ca. dicitur. Uerba impꝛoperij nō dicas. Quia vt xviij. ca. eiuſdē libri ſcribit. Non aſſuetꝰ verbis impꝛoperij omnibꝰ diebus vite ſue nō erudietur. Nec te moueat R.P. qḋ cōtumetia naſcatur ex ira: cū etiā oꝛtū habeat ex ſuperbia. quia ex vna pꝛocedit per indignatione: ex altera per inflammationē. Ultima nequiſſima ſocietas malarū filiarū ire eſt blaſſemia τ indignatiōis toꝛpoꝛ. Blaſſemia enim eſt maloꝛū ꝓnūciatio: aut de deo aut de ſanctis: de qua peculiariter iferius dicetur. Cui indignatio coniūgitur: que eſt diſplicētia quedam cū inflatione coꝛdis elati. Pꝛius enim irati indignātur: demū ad blaſſemiā veniūt. ſicut iudei vt math. e xxvij. c. ſcribit. Qui pmo indignati ꝯtra dn̄m ieſum poſtea ꝓtereūtes blaſſemabāt eū: τ mouētes capita ſua dicebāt. Uach q deſtruis tēplū

oti: et in triduo illō reedificas. Ne q3 tales blasfemassen tnisi prius ira ti postea indignati fuissent. A qua maledicta ira liberet nos mitissim⁹ iesus christus: cui cū patre et sancto spiritu sit honor gloria decus et imperium per infinita secula seculorū Amen. Comes.

Quoniā nōnulli posuerūt homicidiū ex ira pcedere: obsecro vt de eo in sequētibus aliqd dicere non graueris.

Feria tertia post qrtā dn̄icam in q̄dragesima de sceleratissimo vicio homicidij quod opere perpetrat. Sermo .xl. Antonius.

Quid me q̄ritis interficere. Ad homicidas iudeos dn̄i saluatoris verba sunt ista: que io. vij. ca. describūtur. Petis a me R. P. et vtile petis: vt tibi in p̄senti hoc opere aliquid de homicidio dicam qd ratione sequele necessariū esse dixisti. Faciā igit qd hortaris: licet aliter statuissem. Nā cū opus quod dā de diuinis preceptis edere decreuissem: illic suo loco hac de re largius dicendū esset: sed agens ego in p̄sentiarū fluminis more qd currendo foueas implet quas inuenit et officiū suū minime relinquit: et de homicidio istic dicere statuo: et ad alia que dicenda sunt diligētius curro. Pro cuius rei exordio querit Qd triplex est vel potest esse homicidiū? Ad qd ex epistola clementia respondetur qd de pe. disti. j. nota tur: vbi dicitur. Homicidiorū vero tria genera esse dicebat beatus petrus: et penam eorū parem esse dicebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum ita et detractores eorūmeosq; odientes homicidas esse manifestabat. Quia et q occidit et q odit fratrē suū et q detrahit pariter homicide esse demonstrantur. Ex his verbis clare cōprehenditur: qd homicidiū aliud est operis: qd interfectores hominū operātur. Aliud oris: et aliud cordis: et de quolibet istor in presentiarū minime dicendū esse cōstituo: sed tantū de homicidio operis propter cōcordiā lectionis euāgelice: in qua cōtinetur: qd iudei querebāt interficere christum: vnde dicebat eis. Quid me q̄ritis interficere? De hoc igit homicidio operis R. P. tria principaliter videamus. Eius. s. diuersitatē. Eius etiam grauitatem: atq; eius acerbissimā penalitatē. Comes.

Hoc est qd audire valde concupisco: vt intelligam augustini verba dicentis. Homicidiū lege vetitū putabatur nihil aliud esse nisi corpis pemptio. Aperuit ergo dn̄s omnē iniquū motū ad nocendū fratri in homicidij gn̄e d̄putari

Pars prima sermonis de diuersitate et variatione homicidij qua ostenditur quot modis homicidiū cōmitti potest. Antonius.

Sicut a plerisq; cauonistis ꝛ theologis peritissimis viris R. P. clarissime conprehendi potest multis modis homicidiũ ꝑpetrari quos omnes modos ad quaternarios tres deducere conatus sum. Primo enim quaternario demonstratur qḋ homicidium cõmitti potest imo cõmittitur: Quandoq; iusticia dictãte: quandoq; necessitate cogẽte: quãdoq; casu veniẽte. quãdoq; vulũtate impellẽte: de quibus per ordinẽ videamus. Cõmittitur ergo homicidiũ quãdoq; iusticia. dictatã vt cũ iudex rerũ cõdemnat vel minister condẽnatũ talẽ occidit Unde exo. xxij. ca. dñs moysi dixit. Maleficos nõ patiaris viuere. Et luce xix. c. recitata parabola de his qui bene negociati erant dñs ait. Uerũtamẽ inimicos meos qui noluerũt me regnare sup se adducite huc ꝛ interficite ante me. Et hieronimus ad oepotianũ taliter inquit Nõ est crudelitas crimina pro deo punire sed pietas. Unde si iudex hoc nõ faceret vel minister. legis esset cõtemptor ꝛ reus peccati ꝓ quo ille mereretur occidi. Et ꝓpterea xxiij. q. v. ca. miles: dicitur. Miles cũ obediẽs potestati sub qua legitime constitutus est: hominẽ occidit: nulla ciuitatis sue lege reus est homicidij: imo nisi fecerit reus imperij deserti atq; contẽpti est: qḋ si sua sponte tantũ atq; auctoritate fecisset: in crimẽ effusi sanguinis humani incidisset. Itaq; vnde punit si fecerit iniussus: inde nõ punit si fecerit iussus. Tamẽ multũ debent aduertere iudices ꝛ ministri ne sub specie ꝛ vigore iusticie in talib9 crimina cõmittãt. Idcirco ꝓuer. xiiij. ca. scribitur. Est via que videt homini iusta: nouissima aũt eius deducũt ad morẽ. Nã si iudex vel minister quempiã occiderint iuris ordine nõ seruato vel liuore vindicte ꝛ lucri causa mortaliter peccat. Et iõ xxiiij. q. j. ca. cum minister dicitur. Cũ minister iudicis occidit cũ quẽ iudex occidi iussit: ꝑfecto si sponte id facit: homicida est: etiã si eũ occidat quẽ scit a iudice debuisse occidi: ꝛ tamẽ cũ iusticia dictat: nil aliq timere debent: quin exerceant qḋ ipsa iusticia mãdat: nõ timeant igitur ne homicide vocentur. Quia hiero: super iere. ait. Homicidas sacrileges: ꝛ venerarios punire: non est effusio sanguinis: sed legũ ministeriũ. Et super epistolã ad gala. ait: Iudex nõ est auctor sceleris homines puniendo. ꝛ super eze ait. Qui malos percutit in eo qḋ mali sunt ꝛ habet vasa interfectionis. i. potestatem: vt occidat pessimos: minister est domini. Cõmittitur etiã homicidiũ necessitate cogẽte: ꝛ tunc distinguendũ est. Quia aut illa necessitas est euitabilis: puta cũ quis insequentẽ potest euadere: ꝛ tũc qui occidit reus est homicidij: ꝛ debet agere penitentiã. Si aũt necessitas est ineuitabilis: puta cũ quis inse-

quentē occidit non ex odij furore: sed cū animi dolore: quia nō aliter periculū euadere potest: timet eniȝ occidi: talis nō peccat: quia ceteris paribus magis tenetur seipm̄ dili gere ꝙ pximū. Nec nisi ratiōe cau tele ad penitentiā debet astringi. ꝓ pter ambiguū duplicitatis: vt. xxiij. q. v. in textu ꝫ in glosa describitur Unde dicit ibi. Si forte quidā du plicitatis pro humana fragilitate in eodē flagitio incurrerit. Et in c. excōmunicatoꝝ notatur. ne. s. infe ctus fuerit interfector indignatiōe iracūdia. vel vindicte libidine: ꝫ nō sola defendi necessitate: semper ta mē interiorē penitentiā agere tene tur: ꝫ dolere qd ad tantū deuene rit necessitatē. Hui9 sententie gotfre dus ꝫ hosti. alexander etiā de ales hoc vult in tertio suo volumine nō de clericis: sed de laycis solū intel ligi: ad quā sententiā multos cano nes introducit. Notandū tamē ꝙ nullatenus pro rerū temporaliū cō seruatiōe licitū est quempiā occi dere: quia rebus fortune vita prefe renda est: nisi forte ex taliū ablatiōe quis periculuȝ mortis incurreret: vel extremā ex hoc necessitatē pate retur. Puta si aliquis in desertum iret semotus a victu hominū. ꝫ tā tū vnū panem haberet: tūc videtur qd ille pro necessitate sui victus pa nē illū ꝯseruare deberet. Etiā com mittitur homicidiū ex casu euenie te: ꝫ tūc distinguendū est qd homi cidiū ꝑpetrans: aut dabat operam licite rei: aut illicite. Si licite rei da bat operā: puta si pro vesperis pul sabat cāpanā: ꝫ martellus aut ba, culus cadens aliquem interfecerit tūc ei homicidiū imputari non de, bet. Similiter si in priuato loco se, cat arborē ꝫ fortuitu aliquē cadēs arbor occidit: culpabilis nō tenet. Si vero illicite rei operam dabat: puta quia arboreȝ in publico loco seccabat ꝫ circūspiciēdo diligenteȝ curā nō adhibuit: alte clamādo vt transiens caueat: ei homicidiū im, putatur. Similiter si versus locum vbi cōsueuit esse transitus hominū pro ludo vel exercitio corporis: lapi dem: ferrū: vel aliquid huiusmodi ꝓijciebat: reus homicidio tenetur sicut per hostiensem declarat ꝫ ꝫm innocen. in c. exhibita: irregularis efficitur. Unde di. l. decreto c. cle rico scribitur. Clerico iaciente lapi dem puer dicitur interempt9: nos ꝓamore dei tuo: in suo ordine eū permanere permittimus: vt tamē semp in penitētia ꝫ timore pmane, at. Ex hoc homicidio parentes ca, ueant ne paruulos eorū teneros se cū in vno lecto collocent: ne negli gētia qualibet ꝓueniēte suffocent vel oppzimantur. Unde ipsius ho micidij rei inueniant. Cōmittitur etiaȝ quarto loco homicidiū qd est mortale peccatum volūtate impel lente: propterea di. l. decretoꝝ c. si quis volūtarie dī. Si qs volūtarie homicidū fecerit ad ianuam eccle sie catholice semper iaceat. ꝫ cōmu,

nionē in exitu vite sue recipiat. Se cūdo quaternario demonstrat: q̄ homicidiū cōmittit etiā alijs quattuor modis: precepto. s. consilio: defensione τ adiutorio. Cōmittit igit homicidiū quandoq̄ precepto alicuius inuiste occidi pcipiēdo. Et sic pilat⁹ homicida fuit pcipiens xp̄m militibus tradi. Naz vt supra dictū est. Si iudex iniuste precipit occidi hominē: homicida reputatur. Pro cuius rei notitia: multa darent exēpla: q̄ causa breuitatis omitto. Cōmittitur etiā homicidiū cōsilio: puto cū quis alteri suadet vl' rogat homicidiū facere. τ fm inno. talis homicidij reus est τ irregularitatem incurrit. Nec solū ille qui directe ɔsulit homicidiū facere dicitur homicida. sed etiā qui suasit illud vñ sequitur homicidiū. vt patet per inno. glo. super. c. ad audiētiā. puta si suasit alicui iactum machine vl' balistę: etiam ɔtra hostes. vel q̄ vadat ad capiendum castrum. qd̄ sine hominū occisione capi nō potest: tunc enim si ibi aliquis occidat: homicidij reus erit: τ irregularis efficitur Uñ de pe. di. j. c. noli: aug. ait. Noli putare te nō eē homicidā qñ fratri tuo mala psuades occidis. τ vt scias q̄ occidis audi psal. filij hominū dentes eorū arma τ sagitte: τ ligua eorūz machina acuta. Nec interest vtrū ille cui cōsilium dat statim occidat vel post: tempore interiecto: nisi inter in contrariū suaderet. vel primū cōsiliū reuocaret. imo q̄ maius est oportet q̄ illi denunciet de cuius morte tractatū est q̄ sibi caueat: τ qñ ꝓbabilr apparet q̄ ille cui dedit ɔsiliū nō vult intētionē reuocare nec ab hōicidio desistere. Caueat tamē ille qui homicidiū ɔsuluit. dū manifestat illi de cuius morte tractatur: ne reuelet aliquē pcipienti homicidiū fieri: sufficit mādare contrariū. vt inno. ait loco notato: a quo hec oīa fere sumpta sunt: τ ideo de peni. distin. j. c. periculose: dicitur: Periculose se decipiunt: qui estimāt eos tātū homicidas eē qui manibus hominē occidunt: τ nō potius eos per quoz consilium τ fraudez τ exhortationē homines extinguūtur. Nam iudei nequaq̄ xp̄m proprijs manibus occiderūt sicut scriptū est. Nobis nō licet interficere quē q̄: sed tamē illis mors domini imputatur: q: ipsi cum lingua interfecerūt dicentes. Crucifige eū. Unde vnus euangelista dicit xp̄m crucifixum hora tertia. Alius sexta. q: iudei crucifixerunt euz hora tertia lingua: milites hora sexta manibus. Cōmittitur etiā homicidiū defensione. puta si quis vadat ad quempiā interficiendū: τ aliqs se scienter illi associet: nec tamen ad homicidiū incitat imo dissuadet: sz nihilominus associat. vt defendat. si necesse fuerit: talis fm hostiē. homicida est: nec promoueri potest: τ hoc notatur in. c. a. sicut dignū extra de homicidio volūtario vel casuali. Cōmittitur insuper homicidiū

adiutorio puta accõmodando arma vel aliqd aliud sine quo homicidiũ nõ perpetratur. sicut patet i eodem. c. eiusdem decre. vbi dicitur. Constat illos non esse immunes a reatu homicidij: qui licet nõ occidãt. tamẽ occisoribus opẽ ferunt. Tertio quaternario insinuat ꝙ homicidiũ quatuor alijs modis cõmittit. Venena mortifera faciendo. Venena sterilitatis propinãdo. Ignorãtia medicinis interficiẽdo. Seipm nequissime perimẽdo. Cõmittitur igitur homicidiũ venena mortifera faciendo: ea. s. intentione. vt hoies inde venenentur. nã qui tale opus agit reatũ homicidij: adminꝰ quo ad culpã non euadit: si per illud qs ꝗ moriatur. Cõmittitur etiã homicidiũ venena sterilitatis propinando vel procurãdo: sicut sepius invidui svel monialibus opari contingit. Qui aũt hoc faciũt ꝗtũ ad culpã: licet nõ quantũ ad irregularitatẽ homicide sunt: prout in. ca. si aliquis: de homicidio describit. Similiter ⁊ illi qui procurant vel actu causant mulieris aborsum: dũ ꝯstat ꝙ fetus ex anima ⁊ corpore sit formatus: homicide ⁊ irregulares iudicãtur. Et cũ eis solus papa dispẽsat: sicut in eodẽ. c. ponit ⁊. xxxij. q. ij. ca. Qͦ vero non formatuꝫ. ⁊ ca. sequẽti describitur. Cõmittitur insuper homicidiũ ignorantia medicinis interficiẽdo: puta cũ medicus ꝓpt iperitiã artis sue aliquẽ interficit q: nullus debet vltra vires suas presumere: sicut in. ca. petitio. extra de homi. ponitur: vbi dicitur sentẽtialiter ꝙ cũ cõscientia reprehẽdit: tunc se reũ in homicidio tenere debet: sic pariter ⁊ medicus recurrat ad cõscientiã suã: ⁊ si mordeat: aut ex imperitia sua: aut ex negligentia aliquid in cura cõmisisse: tũc videre potest: quantũ culpe perpetrauerit. Cõmittitur pre oibus his grauius homicidiũ seipsum neqssime perimẽdo. Nã qui sceleratissime h facit contra naturalẽ inclinatiõem: ⁊ legem ⁊ caritatem: qua quilibet se diligere tenet seipsum offendit: ⁊ deũ irritat: q: sibi officiũ potestatis vsurpat: iuxta illud qͦ deutro. xxij. c. scribit. Ego occidã ⁊ viuere faciã. Nec obstat qͦ samson. ⁊ alij seipsos peremerũt: q: vt augꝰ sin li. de ciui. dei ꝓloquit: h eis spũssctus latẽter suggessit. Nec insup obstat: qͦ mat. x. c. scribitur. Qui perdiderit animã suam propter me saluam faciet eã: q: xp̃s ibi loquitur de animali vita que per virtutes mortificanda est. Pro illis quidẽ qui seipsos occidũt minime orandũ est. Vñ xxiij. q. v. ca. placuit. sic habet. Placuit vt hi qui sibiipsis volũtarie aut per venenũ: aut per ferrũ: aut p precipitiũ. aut per suspendiũ: vel quolibꝫ modo inferũt mortẽ: nulla prorsus p illis oblationis cõmemoratio fiat. neqꝫ cũ psalmis ad sepulturam corpora eoꝝ deducantur. Sed hec de homicidio breuissime dicta sufficiunt.

¶ Comes

Satis libenter vellē audire illa que faciūt vt iuste interficiatur homo: cū sepius hoc vocabulo vsus sis in precedentibus dictis tuis: q3 etiā iudex homicida eēē3: si in iusta sententia interficeret hominē.

Pars secunda sermonis de grauitate et detestatione homicidij.

Tria sunt R.P. vt prēs aiunt. Que iuste interficiunt hominē. Justa scz causa vt reus meruerit interfici. sicut exo. xxij. c. scribitur. Insontem et iustū nō occides. Justus etiā ordo: vt occidens habeat potestatē et cōuictum sit crimē. Un ambro. super. j. corin. epl'a. v. c. dicit Totam missam corrūpit: si quis potestatē non habet. et sequitur. Judicis nō est sine accusatiōe damnare. Justus etiā animus: vt soluz faciat amore iusticie et nō vindicte: et laudis humane. Sine his igitur q hominē occidit: proculdubio graue et detestabile peccatum incurrit. Graue quidem et detestabile peccatum est homicidiū: imo grauius quod in p̄ximū cōmittit. Ratio rōe gñalitatis: q2 tāto maior est culpa q̄to maior offensa et tāto maior est offēsa q̄to se extēdit ad plura. Homicidiū igitur eū deū et oēs bonas creaturas offendat. quid eo grauius: et detestabilius esse potest. Ad hominis profecto vitam cōseruanda operatio creatoris cū operatōe omnis creature cōcurrit. Creauit eniz deus hominē. vt in lib. gen. legitur et inspirauit in faciē eius spiraculū vite: et factus est homo in aiam viuētē. Qua sicut sine corpore anime vitam influere nou potest. ita sine anima copus viuere non valet. Homicida igitur graue deū offendit: q2 seperat violenter et contra suam volun tatē: que ipse coniunxit. Celum etiā aer ignis: aqua: et terra: et omnia que in eis sunt homicidio vt ita loquar: offenduntur. q2 cū oīa ista creauerit deus ad hominis seruitutem: omnia ex homicidio suā amittunt operationē. Quis enim dubitat ista ad hominis seruitutē eē creata. quando celum motū: qui est in mundo sicut motus cordis in corpore. aer aspirationem: ignis: calorem: aqua humiditatem. terra cibū accōmodant. Et ne qō satis clarū est verbis longius nitar ostēdere. audiamus quid p̄pheta in ps. ploquitur. Omnia subiecisti: ingt dño: sub pedib9 eius. s. hois: oues et boues vniuersas insup et pecora cāpi: volucres celi: et pisces maris Angelus quoq3: qui superceleste creatura est euangeliste iohani. vi. apoca. c. dixit. Cōseruus tuus sum et fratrū tuorū. Et p̄pterea armariū sacrarū scripturarū. hiero. ait. Est circa homines angelorū firma custodia. Peccat igitur non parū grauiter homicida qui offendit detestabiliter omnia ista. Est enim homicidiū hominis occisio ab homie facta. Quod grauius est secūdo inter omnia peccata ratione penarū vni

uersalitatis.infert enim morté que cõtinet oẽs ṽture penas:sicut et pecunia oẽs res tpales:et gr̃a oẽs res spũales. et sol oẽs res naturales. quia mors est vltimũ terribiliũ. Unde ex natura oẽs conant̃ fugere mortẽ et oẽs penas poti⁹ sustinẽ q̃ȝ ipã incurrere. Quis enim est ille tam sanctus q morté nõ timeat. Profecto et christus qui erat sanctus sanctorum sicut math. xxvj.ca scribitur ob timorem mortis ait. Tristis est anima mea vsq̃ȝ ad morté. Ideo igitur homicidiũ est culpa grauissima: quia infert omniũ grauissimá penarum molestiá. Ceterũ homicidiũ grauius est inter omnia peccata ratione dãnabilitatis. Aufert eni͂ oportunitaté merendi. Nam cũ cetera deus preter nos facere possit: iustificare tamen nos absq̃ȝ nobis de ordinata iusticia nõ valet. Unde augustinus ait. Qui fecit te sine te: non saluabit te sine te. Ad quá salutẽ ostẽdendá omnia nobis necessaria cõtulit ipse Intellectũ quidẽ ad cognoscendũ voluntatẽ ad amandũ: memoriam ad retinendũ. et omnia corporis mẽbra ad operãdũ. Hinc apl̃us ad corin. iij.ca. dicit. Dei enim sumus adiutores vt.s.cũ istis et adiutorio gratie sue saluemur. Corpore vero per homicidiũ et anima seperatis: omnia predicta ad salutẽ hominis nil facere possunt: quia actiones et passiones sunt cõiucte. Unde nec anima sine corpore: nec corpus sine anima meritorie potest aliquid operari: sicut nec ars sine proprijs instrumentis: nec instrumenta sine arte ppria possunt quippiá exercere. Et ideo post morté tempus merẽdi non habetur: sed recipiendi pro meritis p̃miũ: pro delictis et peccatis supplicium. Tanto igitur grauius extimat̃ homicidiũ: quãto maius ex ipso imminet aĩe dispendiũ ¶ Comes.

Satis mihi placet profecto q̃ dixisti: sed homicidij grauitaté per alias rationes intelligo. Nã cũ amicicia necessaria sit et desiderabilis omnibus tam diuitib⁹ q̃ȝ pauperibus: tam senibus q̃ȝ iuuenibus tam potẽtibus q̃ȝ debilibus: tanto magis peccat homicida: quanto per eũ maior seperatur amicicia. Amiciciá nempe esse necessariá: et ratio ratio docet: et exemplũ ostendit: et in. iiij. ethi. phus probat. Sed que amicicia maior est illa: que inter spiritũ et carné idest inter corpus et animá viuẽte homine regnat: que si possent etiá cũ tribulatiõe sint: nullo modo seperari vellẽt. Tãto igitur homicidiũ aggrauatur: quanto per seipsum maior amicicia soluit̃: immo tanto amplius debet aggrauari: quãto natura hominis q̃ maior est omnibus inferioribus agnoscitur vilipendi. Nam lapis quidã fuit oblatus alexandro viuẽti: qui tersus et mũdus plus oĩbus ponderaabt: sed si quid modici pulueris sup eum positũ esset: vilior omnib⁹ apparebat. Ex quo fuit sibi datũ intelligi: qd̃ lapis ille ipsum niet signi

ficabat: qui licet in vita cūctis altioꝛ in omnibus apparebat: tamē moꝛs eum viliorem efficeret.

¶ Pars tertia sermōis de acerbissima pena homicidij. Antonius.

Licet equidē R. P. omibus homicidis vna sit temporalis pena cōmunis: quā ioh. euāgelista apoca. xiij. ca. scribit. dicēs. Qui gladio occiderit. opoꝛtet eū gladio occidi. atq3 de ipsa gen. ix. ca. deus ait. Quicūq3 effuderit sanguinē humanū: fundet sanguis illius. Et vt scribitur math xxvj. ca. petro dixit. Ois qui acceperit gladiū: gladio peribit. Tamē ſm diuersa homicidia: diuerse sunt culpe quibus coꝛrespōdere debent varie pene. Unde xxiij. q. v. ca. cū homo dicitur: ⁊ sunt verba hiero. quis sic inquit. Cū homo ab homine occiditur: multū distat vtrū fiat nocendi cupiditate: vel iniuste aliquid auferendi: sicut fit ab inimico vel a latrone: vel vlciscēdi: vel obediendi oꝛdine sicut a iudice: sicut a carnifice: vel euadendi vel subueniendi necessitate. Sicut quādo interimitur latro a viatoꝛe: ⁊ hostis a milite: ⁊ aliqñ qui causa moꝛtis fuit potꝰ in culpa est. Ut si quispiā deciperat fide inssoꝛē suū: atq3 ille ꝑ isto supplicū legittimū luat: nec tamen ois q est causa aliene moꝛtis est reus. Hec ille. Quā obrē omnibus homicidis vna ⁊ eadem pena assignari nō potest. Et quia omnes in presentiarū in mediū ponere longū est: ꝑcipue cū homicidiū aliter lege naturali: alter lege ciuili: alter lege canonica punitur: dūtaxat de tribus penis ad terroꝛē ⁊ audientiū ⁊ legentiū dicendū extimo: que tales sunt. Nā xvij. q. vij. ca. qui occiderit: occidētibus clericos vel religiosos ab ecclesia grauis pena huiusc emodi datur. Qui occiderit inquit monachū vel clericum: arma relinquat. ⁊ deo in monasterio seruiat cunctis diebus vite sue: nūq3 ad seculū reuersurus: ⁊ septē annis penitentiā publicā agat. Sed grauioꝛ pena occidentibus patrē ⁊ matrē ab ecclesia tribuitur: sicut in ce. latoꝛē xxxiij. q ij. describitur. Grauissima est eorū pena qui vxores occidūt: de qua in eodē loco c. admonē: clare describitur. De quibus hic aliter scribere nolui: quia in sabbato ꝑcedenti cū de adulterio loqueremur: de eis largius dixi: licet he spirituales potius q̄3 coꝛpoꝛales pene ab eccl'ia da te: cōperatióe eaꝝ que a iustissimo iudice in alio mūdo dantur: ⁊ que a seculari iudice ſm ius ciuile tribuuntur: parue vel nulle videanť. Unde gen. iiij. ca. legitur: quia dñs cū cōtra homicidiū furoꝛē suū ostēderet: ad cayn ait. Ubi est abel frater tuus: ⁊ infra. Quid fecisti? Uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: nūc igiť maledictꝰ eris sup terrā: que aperuit os suū ⁊ suscepit sanguinē fratris tui de manu tua. A qua maledictiōe eripiat nos pius saluatoꝛ mūdi dulcissimus iesus q

cum patre &c. ¶Comes.

Quia cū superius de filiabꝰ ire loquebaris te esse dicturū in ferius de blasfemia promisisti: obsecro: vt de ea tibi cure sit aliquid de inceps insinuare.

¶Feria quarta post q̄rtā dn̄icaz in q̄dragesima de horribili vicio blasfemie. Sermo xlj. Antonius.



Aledixerūt ei. Tu discipulus illius sis. nos autem moysi discipuli sumus. ioh.ix. ca. hec verba scribuntur. Sapientes de penuria tenuitatis nostre: tue satisfacere volūtati r.p. de horribili vitio blasphemie, locuturū esse dispono. licet so, la sua locutio menti mee timorē incutiat. cū tante prauitatis & malicie sit vt glo. q̄dā sup ysa. dicat. Omne peccatū blasphemie cōparatū leuiꝰ est. Ex quibus queritur ꝑ sermonis exordio. An ipsa blasphemia sit maximū peccatoꝝ. Et certe ꝭm mētē doctoris nostri alexā. in .ij. suo volumine seraphiciq; bonauē. sup. di stin. q. lxiij. ij. libri magistri sentē. at q3 astesani lib. ij. tit. ix. blasphemia omnia in grauitate & nequitia pec cata precellit. cū & infidelitas sit radix tante malicie: ad quā infidelitatem. ipsa blasphemia ptinet sic largius inferius ostendet: quātū eniz putandū est q̄ offendat q cōtra cognitā dn̄atē: voluntate puersa blasphemāt. Profecto vas electionis ad hebre. x. c. dicit. Volūtarie enim peccantibus nobis post acceptam noticiā veritatis iā nō relinquitur hostia pro peccatis. terribilis autē quedaz expectatio iudicij. & ignis emulatio q̄ cōsumptura est aduersarios: & infra. Quanto magis putatis mereri deteriora supplicia: q̄ filiū dei conculcauerit & sanguinē testamēti pollutū duxerit in quo sanctificatus est & spiritui gratie contumeliā fecerit. sicut & hi maledicen iu dei fecerunt. qui ceco iam & post illuminato credenti maledicebant. & potiꝰ moysi qui quā sancti ꝰpura & simplex creatura erat q̄ xp̄o creatori doctrinā & virtutē sanctaq; tribuebant. Ideirco blasphemantes maledicebant ei. s. ceco. & dicebant Tu discipulus illius sis. nos autem moysi discipuli sumus. De hoc igitur horribili vitio loqui volentes r.p. Tria faciemus. Primo ei videndū est quid sit blasphemia. Secūdo q̄ triplex est blasphemia. Tertio quot modis potest fieri blasphemia.

Uid mirū si ¶Comes patres isti blasphemiā dixerunt esse maximū peccatorum. quā doaugꝰ. dicit. Nō minus peccāt q̄ blasphemant xp̄m regnantē in celis: q̄3 qui crucifixerūt ambulantē in terris. Propterea ꝑpheta psal. xx. contra tales domino dixit. Fructū eorū de terra perdes & semē eorū a filijs hominū: quoniā cogitauerunt in te mala. i. prauas cogitatiōes: turpia v̄ba: & iniustissima opa

¶ Pars pria sermonis in qua decla ratur quid sit blasphemie spiritus ⁊ blasphemia. Antonius.

sunt z erunt passiones: labores: tri
bulatiōes: z angustie: martirū: con
fessorū: virginū: apostolorū: pphe-
tarū: patriarcharū: z oīum iustorū:
quia talia preuidēs omīa in se sup
portabat. Uñ adustio laurētij: lapi-
datio stephāi: decoriatio bartholo
mei: z alie pene martirii magis eis
xp̄s in se sentiebat. Cōpatiebat̄ ve-
lut mater aut pater oībus qui suo
amore sustinuerūt: sustinebūt: z su-
stinent aliqua mala. Unde in sui p-
sona dicit. Sicut aqua effusus suz
s. p cōpassionē: z dispersa sunt omīa
ossa mea. Ossa enim xp̄i hic iusti ap
pellātur. ¶ Decima ratio dicit̄ de
formationis. Nam tantus erat xp̄i
dolor quātā aīme preuidebat tur
pitudinē euenire ppter pctm̄: quia
est facta ad imaginē eius: cui p iere.
treñ. iiij. ca. dicit̄. Denigrata est sup
carbones facies eoꝝ. Affligebatur
enim xp̄s velut pater aut mater q̄
dolet de filia pulcerrima effecta le-
prosa. ¶ Undecima ratio dicit̄ of-
fensionis. Tantū enim dolebat xp̄s
quantū patrē amabat: quē a pecca-
catoribus offendi puidebat: z q̄ztū
ipsos pctōres ante pctm̄ diligebat.
Uti bonus filius qui videt a malis
suis fratribus patrē verberari vel
occidi. Ideo cōtra ipsos in psal. ob-
secrat̄ dicēs. Fiāt filij eoꝝ orphāi. i.
priuent̄ tales peccantes diuina gra
tia: z sint velut nō habētes patrem
q2 q̄ztū fuit ī eis occiderūt deū pr̄ez
coꝝ. Et vxor eius vidua per sinago
gā maloꝝ. ¶ Duodecima rō dicit̄
recessionis. Tantū eni dolebat xp̄s
quātū diligebat illos quos preuide
bat ipsum debere occidere. z quā-
tū se amabat. Et q2 infinite se ama-
bat: fruebat̄ eniz seipso ideo infini-
te se dolebat z dolor eius erat acu-
tissimus. Idcirco. vt mat. xxvj. ca.
scribit̄ dixit. Tristis est anima mea
vsq3 ad mortē. Sicut dominus qui-
dam: q nimis est vtilis populo suo
z debz mori turpissima morte: intē
sum dolorem sustinet: tum propter
dispendiū populi sui: tum eiusmet
amore precipuo. ¶ Tertiadecima
ratio dicit̄ ignorationis: Tantus eñ
erat dolor passionis dñi iesu quātā
preuidebat cecitatē humani gene-
ris: ad intelligētiā amoris sue incar
natiōis: de quo ioh. iij. c. scribitur.
Sic deus dilexit mundū vt filiū suū
vnigēitū daret. z bñficij sue passiōis
amarissime z fructuosissime. Uñ am
bro. ait. Tristis erat q2 nos paruu-
los. i. ignorantes z talia bñficia nō
cognoscētes relinquebat: sicut pat̄
qui vsq3 ad mortē laborauit p filijs
ingratissimis: z de sua morte cū su-
is inimicis ludentibus. ¶ Quarta
decima ratio dicitur abreuiationis

Tantus eni erat dolor passiōis xp̄i quātū preuidebat amittere meritū quod acquirebat in hoc mūdo cōuersando ꝓpter breuitatem vite: ⁊ quantā vtilitatē ex suo recessu homines amittebant. Sicut si aliquis iuuenis esset ⁊ opus magne vtilitatis quo ad alios: atq; magni meriti quo ad se multa prudentia cōderet ⁊ inexpletum ꝓuentus morte relīq̄ret. Et qꝛ suū meritū erat infinituz ⁊ vtilitas nostra infinita: ideo dolor eiꝰ erat acutissimꝰ: ⁊ infinitꝰ. Vñ. isa. liij. ca. dī. Vere languores nr̄os ip̄e tulit: ⁊ dolores nr̄os ip̄e portauit.

¶ Quītadecima ⁊ vltima ratio dicitur reuerberationis. Quia tantā amaritudinē sentiebat xp̄s: quantā videbat in matre ꝓ dolore sue passionis. Et quoniā dolor matris eiꝰ virginis benedicte erat intēsissimꝰ adeo vt omnes creature mūdi euz sustinere nō possent. Unde luce. ij. ca. dicitur. Ipsius animā pertransibit gladius: ⁊ totus reuerberatꝰ in filio. Ideo dolor eius erat acutissimus. Propheta in v̄bis ꝓpositis clamat ⁊ dicit. O vos oēs q̄ transitis ꝑ viam attendite ⁊ videte: si est dolor sicut dolor meꝰ. Attendite dico has duodecim vltimas rationes: quelibet duas partes habet. que p. xxiiij horas diei premeditari possunt vt tandem peruenire mereamur ad regna celoꝝ: qꝛ propheta dicit. In sole posuit tabernaculum suum: qꝛ vbi est acutissimꝰ dolor viscerosaq; compassio: ibi est magnum meritū Si tamē humane mentes talem et tante amaritudinis ⁊ doloris passionē cogitare valeāt: cū mirū sit quō xp̄s inquantū homo statim nō moriebat talia cogitando: nisi qꝛ ph̄ici dicunt: Nullus in hac vita ex dolore mori potest. nisi dolor cōmunicetur sensualitati. vel anime sensitiue: Sed nō cōicabat vsq; ad horā illā quando diuinitas permisit humanitatē tantū dolorem ⁊ penam totaliter experiri: tunc in cruce ipse clamauit. Deus meus deus meꝰ vt qd dereliquisti me? Et quō igitur faciemus: quō talia cogitare poterimꝰ Sz qd̄ difficiliꝰ est R. P. quō ego aut calamo scribere: aut hoc voce exprimere potero? Sed dices diuina grā mediāte q̄ acquiri poterit ꝑ intercessionē virginis gloriose eam salutādo gabrielis salute deuotissima ⁊ honestissima cōsuetudine solita. Decipis certe r. p. qꝛ si diligēti cōsideratiōe voluerimꝰ hoc ꝯsiderare nō est nobis rōnalis modꝰ: aut audacia ad ipsam beatā virginē recurrendi vel eā more solito ꝓ impetratiōe grē salutandi. Iustū ⁊ rōnale est vt ip̄a nobis dicat. Nūc ego nūc gl'iosa conregno in celis cum filio meo vt dolorē aliquē sentire nō valeam: tñ quō cōueniens est vt ꝓ vobis grām impetrē a beatissima trinitate: cui tali die ab ingrato humano gn̄e tanta iniuria facta est. Aut quō me salutabitis: cum ⁊ angelica verba erga me versa sint totaliter in ꝯtrariū. Et si me vos in mēm ho

die nō decet habere: quā aduocatā vobis assignabo: cū a vobis nūcuper mater misericordie? Et vos omino desolatos deserere nō debeam. Primo a beatissima trinitate vobis gratiā impetrare nō valeo. Nam si ad patrē vado: ait ipse mihi. Nescis filia benedicta virgo gloriosa: quia cū hoībus gratiā coicare nō debeo qz abstulerūt potentiā: quā teneor peculiariter possidere. Unde sicut math. xxviij. ca. scribit: dixerunt de filio meo. Cōfidit in deo. s. patre liberet eū nūc si vult. quasi dicant: eū liberare nō potest. Si ad filiū meū vado ait. O mater mea ego pro me inq̄tum hō gratiā inuenire nō possum: et tu vis vt pro illis rogem qui mihi blasphemātes vt deo abstulerūt sapientiā dicētes illud qđ marci xiiij. ca. scribit. Uach que est interiectio indignātis: qui destruis templū dei: et in tribus diebus reedificas: saluū fac temetipm descēdens de cruce: quasi dicāt. Qui dicebas te templū destruere: et in trib⁹ diebus eū scire edificare: Sed vt min⁹ sapiens locutus es: quia te saluū facere et de cruce descēdere nescis. Si ad spiritū sanctū vado ait: clemens sum et depellor: Et ideo cōtra tales inclemētes et immisericordes: imo crudeles gratiā tribuere nō debeo Nam vt luce xxiij. ca. scriptū est contra filiū tuū pilato dixerunt. Tolle hunc et dimitte nobis barabā. Sed si hoc obtinere nō possum quō conueniens est vt in auribus meis personetis salutationē angelicā: que tali die tota versa est mihi in contrariū. Dicetis mihi forte Aue. i. sine ve. Ego sum ita plena dolorib⁹ propter passionē filij mei: vt lingua humana hoc exprimere nō valeat. Unū illud tren. j. ca. vere dicere possum. Posuit me. s. passio filij mei: desolatam totā merore confectā. Aut dicetis Maria que illūinata interpretatur: cū ego sum omni lumine pene priuata. Hinc pot⁹ dico illud tren. v. ca. Mestū factū est cor meū: ideo cōturbati sunt oculi mei. Aut dicetis gratia plena: cū in ea gratia confirmata fuerit: in xij. stellis corone capitis mei. De qua ioh. apoca. xij. ca. dicit. In capite eius corona stellarū xij. Et tamē illō tren. v. dicere possū Cecidit corona capitis mei. Aut dicetis dn̄s tecū: quē tangere nō valeo. Unde in cruce pendens cū iniquis deputat⁹ est: propterea dico qđ in eo ca. scriptū est. Defecit gaudiū cordis mei. Uel dicetis: Benedicta tu in mulieribus. Cū videā me deceptam tam ab angelo gabriele q̄ʒ ab elizabeth cognata mea: nā et maledicor pre oībus mulierib⁹ mūdi. Uel dicens: Benedictus fructus vētris tui: qui ab oībus maledicit: accusatur: spuitur: flagellatur. Et ipse illud tren. iij. ca. dicit. Factus suʒ in derisum omni populo. Et ideo cessate et nolite dicere Sancta maria ora pro nobis: quia hoc nō est decēs vt pro vobis faciaʒ tali die. Sed ne vos oīno orphanos deseram absq̄

patre z sine matre: cũ mihi peculiariter misericordiã tribuatis: nouã matrem dũtaxat pro hodierno die vobis assignabo que super oĩa hodie meruit exaltari. Ista gppe erit crux beatissima: que sola meruit tali die filiũ meũ p̄cciũ mundi sustinere. De qua augusti. ait. Crux que erat prius suppliciũ latronũ: transit ad frõtes imperatorũ. Hec quidẽ vt beatus bonauẽ. ait. cuz multo honore z reuerẽtia tanq̃ instrumẽtũ nr̃e salutis adorãda ẽ. Crux eni btissima est repatio angelorũ: glĩa redẽptorũ redẽptio captiuorũ: recõciliatio reorũ: destructio pctõrũ: defensio iustorũ: deceptio inimicorũ: gfusio iprobonũ: restitutio z pfectio pbonũ. Ad ipsam igit ait btã vgo: filij mei dũtaxat hodie pro gr̃a ipetrãda velut ad nouã mrem locũ meũ tenẽtẽ deuote recurratis: eiq; cũ reuerẽtia multa dicatis. Aue digna de honore: verace i segna del populo xp̃iano: p cui saluati siamo: p iesu xp̃o nr̃o redemptore. Tu sola fuisti degna el caro pcio del mũdo portare. Tu sei vera isegna asseguir xp̃o: q̃l se vole tornare a luy. Te volgiamo pgare btõ segno: in cui so posto e si xo ihu xp̃o crucifixo cħ guardi e de sedi nuy dal suo furore. amẽ. C O vos oẽs q trãsitis p viã attẽdite z videte si est dolor sic dolor me⁹. Rõne necessitatis. s. passiõis filij mei quia ipm patiẽtẽ morte dãnari atq; morti necessariũ ẽ. C Rõne q̃litatis q: turpissimo iniustissimo atq; inigssi mo mõ dãnatus ẽ. C Rõne exemplaritatis: q: sua morte sua cruce tuq; passione exẽplũ viuẽdi z bñ agẽdi nobis donatũ est. Hec ait beata virgo. R. P. in cui⁹ persona thema ppositũ iteratũ est: q̃ per ordinẽ in presentiaz tibi de passione domini explenda constitui. C Comes.

Uẽ de deuotissima dñi passione dicere statuisti. luce. xxiiij. c. per ordinẽ scripta sũt vbi dñs ipe sensũ scripturaz discipulis aperiẽs vt bene itelligerẽt ait. Oportebat pati xp̃m: i qb⁹ v̄bis p̄mo necessitatẽ. Scdõ q̃litatẽ. Tertio exẽplaritatẽ ipi⁹ passiõis dñs oñdẽ dignat⁹ ẽ C Pars p̄ma s̄monis de necessitate passionis christi. Antonius.

De necessitate passionis dñi nr̃i R. P. in p̄nãrũ loqui desiderãs: vt ad dolorez z lachrymas deuotionis iclinemur more z exẽplo gl'iose virginis que de hac re maxia cũ tristicia dicit. O vos oẽs qui trãsitis p viã attẽdite z videte si est dolor sic dolor meus. Pro itelligẽtia oiuz dicẽdorũ gsiderandũ existimo s̄m docto. meũ alexã. z s̄m btm̃ bonauẽ. zglosũ anselmũ. q; h3 multiplr accipiat necessitas: tñ hic accipit̃ q̃ dicit: oportebat pati xp̃m: p necessitate cause finalis: q: ad hũc finẽ voluit dñs tam horribilẽ passionez sustinere vt. s. redimeret gen⁹ hũanũ: qò cõgrue aliomõ redimi nõpõt. z iõ ei⁹ passiõis necessitas nõ fuit ab soluta: s3 gditionata. Nã ideo fuit

necessariũ ipm pati. Unũ ysa.liij.ca. dic. Oblat⁹ est qꝛ ipe voluit. Primo ꝓpter eterni patris pceptionẽ. Se- cũdo ꝓpter ipsi⁹ honorationẽ. Ter tio ꝓpter ipsius placationẽ. Quar- to ꝓpter filij clarificationẽ. Quito ꝓpter eius sapientie manifestatõez Sexto ꝓpter eius doctrine cõfirma tionẽ. Septimo ꝓpter amoꝛis spũs sancti ostẽsionẽ. Octauo ꝓpter eius- dẽ amoꝛis dilatationẽ. Nono ꝓpt ei⁹ recõpẽsationẽ: vel attractionem Decimo ꝓpter diaboli expugnatio nẽ. Undecimo ꝓpter peccati expia tionẽ. Duodecimo ꝓpter nrãm iu- stificationẽ. Decimotertio ꝓpt nrãz satisfactionẽ. Decioq̃rto ꝓpter ifer ni expoliationẽ. Decimoquito ⁊ vl timo ꝓpter nostram gloꝛificationẽ. ¶Mas qdeꝫ rões lꝫ diuersi docto- respõnãt: vt alexã. ⁊ bonauen. ⁊ q̃ꝫ plures alij: tñ satis verisĩlr credere possum⁹ glorioseuirgini suũ dilectis simũ filiũ xp̃m dñꝫ eas assignasse ho ra ⁊ ordine: atqꝫ mõ inferi⁹ demon strandis. Nã ipsa sacratissima pas- sio a duobus videt̃ peculiarit̃ pcess isse. s. a iudeoꝝ inuidia. Et a iude pditoris sui auaritia. Qđ. xxxvij. c. gen. figuratũ extitit vbi ipse eterni⁹ pater cõgritur dicẽs. Fera pessima i. inuidia: ⁊ inde auaritia deuoꝛauit filiũ meũ ioseph. Egiptij vocabant ioseph saluatoꝛẽ mũdi. Qđ bñ con gruit nobis in egpto. i. in hoc mun do de gentib⁹ q̃ vocam⁹ dñm iesum saluatoꝛẽ nr̃m: duplici crudeli fera deuoꝛatũ. Prima fera est iudeoꝝ inuidia alia inde auaritia ꝓpt mul ta signa q̃ dñs faciebat: ⁊ singulari ter ꝓpter resuscitationẽ lazari: tot⁹ ꝓpls post eũ ibat. Ex quo iudei in- uidia moti collegerũt sm ioh. xj. c. cõciliũ põtifices ⁊ pharisei dicẽtes. Quid facim⁹: qꝛ hic hõ multa signa facit. Si dimittim⁹ eũ sic oẽs credẽt in eũ: ⁊ alia q̃ ibi legunt̃. Quo con cilio ab illo die vsqꝫ ad suscitationẽ lazari: qđ fuit i pma lũa pmi mẽsis sicut exo. xij. c. de agno imolãdo fi guratũ fuit q xp̃m significabat. Pri ma naqꝫ luna primi mẽsis agn⁹ ac- cipiebat̃ ⁊ decima die mẽsis agnus p̃sentabat̃: ⁊ in decimaq̃rta die imo labat̃. Sic ver⁹ agnus dñs iesus eiꝰ ius ista figura erat sm repñsentatio nẽ ecclesie hodie sunt. xv. dies in pri ma luna pmi mẽsis in ꝯsilio dictus est occidi. Ob qđ sm ioh. xj. ca. Je sus aũt palã nõ ambulabat apđ iu- deos: sed abijt in regionẽ iuxta de- sertũ in ciuitate q̃ dicit̃ effrem: ⁊ ibi moꝛatus est cũ discipulis suis. Deci ma aũt die post. s. dñica p̃terita: ve- nit ad passionis locũ. s. hierusalem Et sicut audiuisti deuote p. die dñi co cũ summo honoꝛe receptus est vt adimpleret̃ qđ. ix. c. dictũ erat p za- chariã pphã. Ecce rex tuus veni et tibi iustus ⁊ saluatoꝛ ipse paup ⁊ sedẽs sup asinam ⁊ sup pullũ asine. Deinde itrauit in tẽplũ ⁊ p dicauit ibi docẽs d regno dei. Et sero facto reuersus est in Bethaniã: qꝛ nemo ciuitatis eũ inuitauit eũ. Die aũt lune in eo loco reuertẽs in ciuitatẽ ⁊ vi

deus fici arborē vnā secus viā ⁊ nihil inueniēs in ea nisi folia tm̄. ait illi. Nūq̄ ex te nascant fruct⁹ in sempiternū. Qua male dictōe statī aruit. que significabat sinagogam solū foliatā cerimonijs sine opere ⁊ fructu salutari. Et veniēs ad tēplū tota die p̄dicabat. ⁊ cū principibus ⁊ pharisceis multas disputatōes habuit vt puta ſm mat. xxj. c. de baptismo. ioh. Et. xxij. c. ⁊ de mītis alijs q̄ longū esset enarrare: sed desero reuersus est in bethaniā. Die vo martis veniēs ierusalē ascēdit sup mōtē oliueti: ⁊ ibi sedens cū discipulis suis ait illud mat. xxvj. ca. Scitis q: post biduū pasca fiet: ⁊ fili⁹ hominis tradet vt crucifigaf. Et lz multotiens hoc p̄dixerat eis: nō tn̄ determinate sicut nūc in pasca agni typici. i figurati. Et ſcm̄ est cū introisſz ciuitatē p̄dicauit in tēplo tota die. Et ſcdm marcū reuersus est in bethaniā a q̄ die mercurij n̄ recessit. Quo die p̄ncipes sacdotū ⁊ seniores ppl'i in disputatiōib⁹ ⁊ disceptatōib⁹ nō occupati i atrio p̄ncipis sacdotū q dicebat cayphas cōsiliū fecerūt. vt ihm tenēt: ⁊ occiderēt: s; dicebāt n̄ in die festo. s. paschatis: ne forte tumultus fieret in populo. Timebāt eni pp̄l'm videntes q mltū diligebat S; q: hec inuidia iudeo: nō sufficiebat r. p. ad capiēdū eū. iō necessaria fuit auaritia iude: cui sciēti cōgregatos principes sacerdotū: ⁊ machinātes mortē iesu suggessit sathanas vt ad eos accedat atq̧ dispōat vt tradat eū sine turbis: Accessit ergo ⁊ dixit. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eū vob tradā: Qd audiētes gauisi sunt: ⁊ pacti sunt illi pecuniam dare. Hoc āt fuit die mercurij. Qd approbat etiā ecclesia: eo q: illa die legit prophiam. ysa. lxij. c. vbi dicit. Ecce merces eius cū eo. Quō autē iudas cō ceperat: hoc euāgeliū ioh. xij. c. narrat dicēs: Ante sex dies pasce venit iesus bethaniā. i. sabbato palmaꝝ vbi fuerat lazar⁹ mortuus quē suscitauit ih's: fecerūt autē ei ibi cenā ⁊ martha mistrabat. Lazarus vo erat vn⁹ ex discūbētib⁹. Maria aūt accepit librā vnguēti nardi pistici p̄ciosi ⁊ vnxit pedes iesu: ⁊ extersit capillis suis pedes eius ⁊ dom⁹ repleta est ex odore vnguēti. Dixit ḡ iudas auaritia duct⁹. Quare hoc vnguētū nō vēdidit trecētis denarijs ⁊ datū est egenis. Dixit aūt hoc nō q: de egenis pertinebat ad eum S; quia fur erat ⁊ latro ⁊ loculos habens: ea que mittebantur portabat. Et licet alij discipuli hoc idem dicerēt: tn̄ isti vt dictū est auaritia. illi aūt egenoꝝ pietate. Dixit ergo iesus. Sinite illā: vt in diē sepulture seruet illud: pauperes enim semper habebitis vobiscū: me aūt nō semp nō habebitis. Et q vnguētū hoc ex pēsuz in p̄sona xp̄i trecētis denarijs a iuda extimatū est: vt decimā partē lucri more suo habere possz. xxx. argenteos p̄ proditiōe quesiuit. Hinc mat. xxvj. ca. dicit. Cōstituerunt ei xxx. argenteos. Hinc Augustinus

dicit. O iuda auare pessime potui sti petere a matre eius. xxx. denarios et ipsa hostiari eũdo tibi ipsam pecu niã inuenisset anteqȝ ita turpiter suũ filiũ vẽdidisses. Et qđã alius doctor doctor ait. O iuda cur nõ vẽdidisti matrẽ cũ filio: vt quoȝ erat insepa bilis et insolubilis amor et charita tis conformis fieret passio vtriusqȝ Hac igitur noctevt quidam tractato res dñice passionis dicũt. dulcis ille dei filius dñs ihũs sue dulcissime ma tri misteriũ sue passionis et mortis peculiarit reuelauit. Et aptest simul familiariter vltra solitũ colloqndo Aiebat enĩ dñs sue sanctissime mri Bñdicta vgo et mr dilectissima qȝ mane sequẽti suȝ recessurus a te: itu rus velut agnus ad mortẽ: accipe quã vis ꝯsolationẽ de hac carne purissi ma quã mihi donasti. Jam enĩ am plius tecũ familiariter cũ hac carne mortali manere nõ potero. Tẽpus enĩ ppe est vt qcquid pphete scri pserũt de me p iudeoȝ nequitiã ad impleat. Ad q̃ vba velut exanimis et mortua virgo virginũ iã effecta p magnũ spaciũ loqui nõ potuit: sed a locutõe blãdissimi filij viribus vtcũ qȝ resũptis ait ad filiũ ipm dulciter amplexãdo. Licȝ fili mi dulcissime hũani gñis redẽptionẽ tota ratiõe pôptẽ: tñ hoc supportare nõ valeo: vt te iudei hac de causa purũ et ino centẽ occidãt. Neqȝ hoc fieri debȝ nisi ita sit in tui pris curia celesti sen tẽtiatũ: qđ esse fcm̃ quis ita crude lis crederet. Nã. ij. q. vj. §. itẽ dicit.

Sñia citra ordinẽ solitũ iudiciorũ pfidẽ ꝓlata auctoritatẽ rei iudicate non tenet. Qđ ꝯfirmatur in c. inter ceteras extra de sen. et re iudi. Sed ois curia aut est miscdie: aut est iu sticie: aut legalis scripture. Et hoc contra miscdiaȝ et contra iusticiã: et contra legalẽ scripturã sic nullomõ sententiari debet. Et ideo ex hijs di ctis multis rõnibus qđdam te nõ de bere mori. Prio rõne iusticie. Naȝ iusticia sic diffinit. Justicia est recti tudo voluntatis reddens vnicuiqȝ qđ suũ est. f. fm qđ vnusqsqȝ meruit Si ergo redditvnicuiqȝ qđ meruit tunc solũ iniustis dabit suppliciũ Justis autẽ et inocentibus dabit pre miũ: et per ꝯñs tibi iustissimo nedũ dabit mortis suppliciũ: ȝ gaudiũ sempiternũ. Scđo rõne miscdie ex significatiõe sui nois. Nã miscdia ẽ miseris dans corda. i. se cordialiter exponẽs vt subueniat et succurrat existibus in miseria et maxie iustis et innocẽtibus: sed maxima miseria hoi passibilis in hac vita est mors iniqȝ et iniuste illata: ergo ibi maxie et cordialiter se exponit miscdia ne pereat inocens vel moriatur. Sed tu fili mi dilectissime es innocẽs et sine culpa: ergo non solũ non te iu dicabit ad mortẽ: imo et si alius te iu dicaret: totã se exponeret ad te libe randũ. Tertio rõne scripture. Qm lex scripta exo di. xxiij. ca. dicit. Jn nocentẽ et iustuȝ nõ occidas. Et da nie. xiij. c. scribit. Jnnocentẽ et iustũ ne interficias: ȝ tu fili mi vt dixi es

inocētissim⁹ ergo tu nō debes mori. Quarto rōne pene: quia eze. xviij. c dicit᷑. Aīa que peccauerit ipsa morietur: sed tu nō peccasti: ergo tu non morieris. Quīto rōe obediētie. Nā circa illicita nō debet esse obedientia: sed te mori est illicitū: cū idem ꝓpheta dicat. Filius nō portabit iniqnitatē pr̄is: ꝛ multominꝰ sui hoſtis. Et genus hūanuꝫ est tibi publicus inimicꝰ: q̄ꝛ voluit surripe dignitatē ꝛ sapiētiā tuā: igitur nulla obediētia pro eo mori debes. Sexto ratione nature assumpte. Nā natura q̄ cōiūcta est vite vinculo indissolubili non debet mortē sustinere: sed natura hūana in te est ꝯiuncta vite s. tibi: q̄ꝛ vt ioh. xiiij. ca. dicis. Ego sum via veritas ꝛ vita: ꝛ vīculo indissolubili: q̄ꝛ qd̄ semel assumpsisti nunq̄ꝫ dimittes. Igitur natura tua nō debet mortē sustinere. Septimo rōne nature despōsate. Jniustū ꝛ iniquum est inter spōsum ꝛ spōsam vera mr̄imoniali copula cōiunctos ꝛ castissime viuentes sine aliq̄ culpa diuortiū celebrari: qd̄ nō debet fieri nisi per adulteriū frigiditatē aut aliud malū: sicut habet᷑. xxxij. q. ij. c. de benedicto. Et. q. vj. ca. nihil. ꝛ de frigidis ꝛ malefici. ca. fri. Aut ꝓpter certas alias causas quas causa breuitatis obmitto. Sꝫ inter corpꝰ tuū purissimū se habēs p modū spōsi: et aiaꝫ tuā scīssimā se hn̄tis p modū sponse vera spūalis copula mr̄imonij ꝛ idissolubili vinculo cuꝫ deitate ꝯiuncta nunq̄ꝫ fuit aliqd̄ iurgiuꝫ aut contrarietatis aliq̄ rebellio sine aliqua culpa: imo semp eq̄ssima fidelitas ꝛ dilectio sine fine: ergo iniquuꝫ ꝛ iniustū est vt tu moriaris cū per tuā mortē fieret eoruꝫ ab inuicē sepatio. Octauo rōne sapiētie: q̄m opifex cuꝫ per duas vias potest peruenire ad cōplementuꝫ sui opis: q̄rum vna ē honesta ꝛ v̄tuosa: altera abhominabil᷑ ꝛ deformis: sapiētius est p p̄mā q̄ꝫ p scd̄am ad illud deuenire: sꝫ cuꝫ sis īfinite sapie: scis aliter q̄ꝫ p mortē tuā q̄ ē via abhoīabilis ꝛ deformis: maxie tanto tibi ac tali opifici gl̄ioso saluare genꝰ hūanū: ergo seq̄tur qd̄ ad istud opus excellētissimuꝫ p aliā viā q̄ꝫ p mortē tuā debes rōnabil᷑r peruenire. Nono ꝛ vltio rōne inimicicie. Nā q̄ hꝫ intētionē iustā nō debꝫ adīplere intētionē prauā alicuꝰ ꝛ maxie sui inimici. Sꝫ tu habes fili mi intētionē iustissimā ꝛ rectissimā: q̄ꝛ teste ꝓpha Scūs es in oībꝰ opibus tuis: ꝛ inimicus es dyaboli q̄ praua intētiōe ꝓcurat mortē tuā. Uū inuidia eiꝰ intrauit mors ī orbē terraꝝ. Sic sap. ij. c. scribit᷑. ergo tu fili mi nō debes īplere intētionē suā: ꝛ p ꝯn̄s non debes mori. Certe fili mi bn̄dicte īfinitis q̄si rōnibꝰ te nō debē mori ondere possē ex idicibili scīa ꝛ sapia quā īcarnatōe tua scīssima mihi cōicasti sꝫ q̄ꝛ fatigata dolorībꝰ vix loq possū ꝛ ea q̄ dicere vellē tu multo meliꝰ nosti: hec de multis pauca sufficiāt.

¶ Ad hec verba virginis mr̄is humilis ꝛ obediēs filius ait. O mater

setissima licet sufficiẽs responsio sit tibi dicere habeas patientiã: q2 ita placet pri celesti z eius volũtatis cã qrenda nõ est: tamẽvt cũ maiori pa tiẽtia z minus moleste miscdia3 pe nosissimã passione3 sufferre valeas rõnibus supradictis z inferius de- claradis ondã me eẽ necessario pa ti atq3 mori. scriptũ est eni. Oportet pati xp̃m. Primo pter eterni pris pceptionẽ. Preceperat eni celestis pater p ysa. sicut testatur ambro. di cens. Morietur filius meus ie sus z cõuertet seculũ. pilo hoc pordina uerat. s. vt humanũ gen⁹ redimeret scõm iusticiã miscdia3 z sapiẽtiam suã sed me moriẽte adimplet iusti- cia miscdia z sapiẽtia: ergo necessa riũ est me mori. Iusticia ei adimplet: nã vt augu. ait in li. de natura boni Peccãtes in supplicũ ordinant: er go primi parẽtes z totũ genus eo2 per peccatũ in eternis supplicijs dã nandi sunt quib⁹ p seipos liberari nõ possunt: q2 possibile nõ est. Cõ ueniẽs ergo est vt ego deus z homo moriar: z sic scõm iusticiã satisfaciã quia vt homo debeo: vt deus possũ z valeo. Unde ansel. ait. Homo de bebat reddere sed nõ poterat: deus poterat: sed nõ debebat. Oportuit igit q soluerent homo deus: homo q deberet: deus qui posset: miscdia etiã implet: q2 p inimicis egentib⁹ z egrotãtib⁹ patior. Sapia implet q2 ex mĩfis malis inũerabilia bona eligo. Et ideo illud qd pordinatu3 est a patre p obedientiã oportet im pleri a me. Aliter quõ implerent scri pture. Ideo luce. xxij. ca. dicit. filius hominis sm qd diffinitũ est vadit. ¶ Scdo me necessariũ est pati p pter eterni pris mei honoratione3. Tantũ eni honorãdus est pr meus qñtu pro pctõ offensus est infinite: ergo honorãdus est ifinite. S3 nul lus modus cõueniẽtior est ad satis faciendũ in honorib⁹ suis: qz sũma cõfusio z suppliciũ mortis mee. q2 inqñtũ homo dolere z humiliari z pati possu3: in quantũ deus mereri etiã ifinite: ergo mi dilectissima ma ter me est necessariu3 mori. Unñ an selmus li. ij. Cur deus homo. ca. xj. dicit. nihil asperius z difficili⁹ põt homo pati ad honorem dei sponte z non ex debito quantum mortem ¶ Tertio hoc fieri deb3 pter mei pris placationẽ. Nã pter peccatũ primo2 parentũ: me⁹ pr cõtra gen⁹ hũanũ adeo turbatus est. put gñ vj. ca. scriptũ est. Penitet me fecisse hoiem: vt ergo ab hoie placari pos sit: duo sunt necessaria. Prio q ei restituat quod pdidit. Scdo vt pro contẽptu z culpa dolor vel pena ac cipiat z obediẽtia. Primũ est factũ in mea natiuitate: quia ego non so lũ equalis fui ade in inocentia: sed etiã maior fui eo in oibus z gratia. Ideo angeli tũc cãtauerũt. Gloria in excelsis deo z in terra pax hoib⁹ bone volũtatis Restat scõm in quo duo cõcurrẽtia pono p morte mea3 Primo iusticia: quia pro culpa sa tisfacio: quam satisfactionẽ ab hoie

pater exigit: aliter enim iustus non esset. Scdo misericordia q: hō pur⁹ vt dictū est mime valēt: z ego q de⁹ sum vicē eius suppleo. Ideo ꝓpha dicit. Uniuerse me dñi misericordia z veritas. i. iusticia. Hic mater scissima ab aplo quē eligere itēdo post morte ad thimo. suū discipulū dicet. ij. c Mediator dei z hoium homo xps iesus. z ad ro. v. ca. Cū inimici essemus recōciliati sum⁹ per mortē filij eius. Quarto me mori necessarium est ꝓpter meī nois clarificationem Nā ab angelo vt math. j. ca. dicetur ioseph dictū est. Uocabis nomē ei⁹ iesum. Ipse eni saluū faciet populū suū a pctis eorū: qd dictuz est rōne passionis future: qd falsum esset si mortē non acciperē: z genus humanuz non saluarē. Unde aplus meus ad phili. ij. ca. dicit. xps factus est ꝓ nobis obe. vsq3 ad mor. Quīto mater bñdicta me necessariū est mori ꝓpter mee sapiētie manifestationez Naz per virtutē mee passiōis manifestanē oēs thesauri sapiētie. Unde ad aperiendū hūc thesaurū sapientie crucis z passionis: ysai. xxij. ca. clauē ꝓmisit dicēs. Dabo clauē dauid super humerū eius z aperiet z non erit qui claudet: z claudet z nemo erit qui aperiat. Hae siquidem claue. i. futura mea passiōe alta misteria sapie reuelanē per eū qui hȝ clauē. s. p me q aperio sapiētiā meā imitantib⁹ crucē z passionē meā. et nemo claudit: claudo iniquis z malis z nō credētibus. et nemo aperit eis. vt apoca. iij. ca. scriptū est. Hinc est. R. P. q aplus. j. ad cor. j. ca. dixit. Nos pdicam⁹ vobis xpm crucifixū: iudeis quidē scādalū: gētibus autē stulticiā. Ipsis aūt vocatis iudeis atq3 grecis xpiānis dei virtutē z dei sapiētiā itelligere possūt. Nēpe ascēdētes iuxta aplm ad ephe. iij. ca. Que sit lōgitudo: latitudo: sublimitas z pfundū hui⁹ scissime passiōis Qñ ipse filius in sua cruce ondit latam dilectionē se extēdentē vsq3 ad inimicos crucifixores. Longā vsq3 ad horā mortis z inefnū: q: ipē est alpha z o. pncipiū z finis. Altam vsq3 ad ruinā angelor: pfundā: q: vt ait ipē apls ad colo. ij. c. In eo sunt oēs thesauri sapie z scientie dei abscōditi. Sȝ redeam⁹ vnde exiuim⁹ z audiam⁹ xpum colloquentē cū maria virgine. ¶ Ait sexto: mater sanctissima. me necessariū ē mori ꝓpter mee doctrine ꝯfirmationē. Dicerēt multi nō credam⁹ in eū: qm ipse dixit. Qui nō accipit crucē suā z venit post me: nō est me dignus: z ipse refutauit eam accipere. Profecto delicatus magna cum ventre pleno de ieiunijs disputat. Unde subiungunt. Non ꝯfundāt opera ꝑmonez tuū. Preterea dicerēt multa scripta sunt de eo que non videm⁹ impleta Uñ in. ix. c. ysai. dicit. Admirabilis ꝯsiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. ꝓpter quod in eum credere nolumus. Et ideo dulcissima mater ad cōfirmationez doctrine mee z hec omnia implen,

da pati atqz i cruce mori me oz. Pri
mo in hac mea passione ero admi
rabilis tā in volūtatū mutatione de
crudelitate ad pietatē. Vñ luce xxiij
c. dicit. Ois turba eoz q̄ simul ade
rāt ad spectaculū istud ꝛ videbāt q̄
fiebāt percutiētes pectora sua reuerte
bātur. Quā etiā in salutis humane
opatiōe habuit iacob geñ. xxxij. cū
ab angelo dictū est. Cur queris no
mē meū? De quo i psal. dicit. Sctūm
ꝛ terribile nomē eius. Scdo in hac
passiōe ero ꝯsiliari⁹ in pnte electiōe
ꝛ vite ordinatiōe: licet semp sic fueri
qd̄ non erit parue vtilitatis: q2 eccl.
vj ca. dicit. Cōsiliarius sit tibi vnus
de mille: aliogn adducet ꝯsiliari⁹ in
stultū finē. Ut iob scribit xij. c. Ter
tio insup appellabor deus in petōꝝ
remissiōe: quia vt luce v. ca. scribit.
Quis potest dimittere petā nisi so
lus de⁹. Quarto ero fortis in hostiū
expugnatiōe: qbus fortior ego vni
uersa arma eoꝝ auferā. quib⁹ ꝛ spo
lia eoꝝ distribuā. Quinto ero pr̄ fu
turi scli donādo vitā eternā: vt ma
thei v. c. Pater tu⁹ qvidet in abscō
dito reddet tibi. s. vitā eternā. Se
xto ero pnceps pacis: Vñ aplus ad
coꝛin v. ca. dicit. De⁹ erat in xp̄o mū
dū recōciliās sibi. In oibus his rō
nib⁹ R. P. fm doct. alexā. de ales
sup lucā expōnes illud verbū: voca
tū est nomen eius iesus. natura sal
uatoris reperit ipressa. s. iesus: qd̄
etiā a beato bernar. ibidē affirmat
Sed nunc ad ꝓpositū reuertamur
deuote audiēdo qd iesus dicat ma
tri virgini. ¶ Septimo inquit ipe
o dulcissima ꝛ purissima virgo me
mori oz ꝓpter amoris ostēsionē: q2
tota btissima trinitas diligit huma
nā naturā. Vñ bernar. in s̄mōe de
passiōe dicit. Propter nimiā carita
tē qua dilexit nos deus: nec pater si
lio: nec filius ipe sibi pepcit. Maior
caritas est cū quis ponit aīam p ami
cis. Illa vero maxima fuit q̄ etiā p
inimicis aīam ponere nō despexit.
Nā vt ioh. iij. ca. scriptū est. Sic de⁹
dilexit mundū: vt filiū suū vnigeni
tū daret. O duri inquit bernar. sup
canti. ꝛ idurati ꝛ obdurati filij adā
q̄s nō emollit tanta benignitas. Sz
qd diu moror. ¶ Octauo ait me
mori oportet ꝓpter eiusdē amoris
dilatationē: in cuius mysterio apo
ca. viij. ca. scriptū est. Angelus acce
pit thuribulū aureū ꝛ impleuit il
lud de igne altaris ꝛ misit in terrā.
Quid p angelū nisi angelus magni
cōsilij xp̄s? Quid etiā p thuribulū
aureū nisi xp̄i cor cōuenietius desi
gnat? Altare quoqz q̄tuor cornibus
in se distinctū dn̄icam crucē: q̄tuor
cornua in se habentē manifeste de
mōstrat. In qua quidē iuxta dn̄i p
ceptū leui. vj. cā. semp ardet ignis:
cū sit vtriqz forma ardentis amoris
dei. Nūc igit ignē sui cordis xp̄s in
terra: cū ꝓpter nos moriēdo incen
dit amore corda fideliū: quatuor
cornua dn̄ice vel sue crucis figēdo
ꝛ locādo in q̄tuor mūdi partibus.
Hinc vt luce xij. ca. scriptū est dixit.
Ignē veni mittere in terrā: ꝛ quid

volo nisi vt accendatur. ¶ Nono me mori oportet ꝓpter eiusdē amoris attractionē. Nō enī volo alio modo genus humanū redimere: vt totū mundū ad amorē trahā. Hinc ioh. xij. ca. scriptū est. Ego si exaltatus fuero a terra omia trahā ad me ipm. Un̄ vgo de arra spōse dicit. Ut ostēderet tibi quā te diligat: nō nisi moriēdo a morte te liberauit: vt nō tm̄ pietatis impēderet bn̄ficiū: verū et caritatis mōstraret effectum. Et ioh. iij. ca. sue. j. canonice dicit. In hoc cognouimus caritatē dei qm̄ ille ꝓ nobis aīam suā posuit. ¶ Decimo mater amātissima me mori oportet dixit iesus ꝓpter diaboli expugnationē. Primo vt deciperē eius maliciā. Un̄ ansel. ait. Uenit redēptor: noster ⁊ vict⁹ est deceptor. Tēdit illi muscipulā crucē: ⁊ posuit ibi escā sanguinē suū. Scđo vt ꝯfundā supbiā suā. Un̄ iob xxvj. ca. dicit. Prudētia ei⁹ pcussit supbū. Tertio vt auferā eius potentiā: q: cruce signatos ledere nō poterit. Un̄ apo. ca. vij. c. a. de oibus dicit. Nolite nocere terre ⁊ mari neq; arborib⁹ quo adusq; signemus seruos dei nostri in frontib⁹ eoꝝ. Et notandū qđ potētia diaboli diminuta ē ꝑ passionē xp̄i triplici rōe. Prio rōne alligationis. Un̄ apoca. xx. ca. ioh. ait. Uidi angelū. s. xp̄m descēdentē de celo: q: teste aplo ad phi. vj. ca. fact⁹ est obediēs vsq; ad mortē: habentē clauē abissi. i. inferni: sine bisso. i. sine candore: ⁊ cathenā magnā in manu sua et apprehēdit draconē serpentē antiquū qui est diabolus ⁊ sathanas: ⁊ ligauit eū per annos mille. i. vsq; ad tempus antixp̄i ꝯm glo. ⁊ misit eū in abissum: ⁊ clausit. i. nocēdi potestatē diminuit: ⁊ signauit sup illū. s. signaculo sctissime crucis: vt non seducāt amplius gētes. i. electos in diuersis gētibus: donec ꝯsumātur mille āni. i. vniuersi tp̄s a passiōe xp̄i vsq; antixp̄i tp̄a. Et si tēptat hoc est qa tēptāti abutūt ur istrumēto passionis. Scđo rōne absolutiōis. Cū enim diabolus nō habeat potestatē in humano genere nisi rōne pcti: iā alligata est potestas eius: q: in illis qui baptisant̄ absolutus est reatus originalis ⁊ actualis culpe. Un̄ apl's ad hebre. j. c. Oportebat xp̄m pati nūc in ꝯsumatiōe seculoꝝ ad destructioni pcti. Tertio rōne defensionis q: ꝯm alexā. q̄tuor: post passionem xp̄i habemus arma multiplicata q̄bus terrent̄ demones infernales. Primo inuocatione nois iesu. Mic. math. vltimo ca. dicit̄. In noīe meo demōia eijciēt: q: teste ꝓpha. Sctm̄ ⁊ terribile nomē ei⁹. Scđo signum sctissime crucis: Sicut grego. ondit in lib. dialogoꝝ loquēs de iudeo q in tēplo idoloꝝ se signo crucis signauit: ob qđ nō est lesus a demonibus. Tertio ecclesiastica sacramēta pcioso sanguie xp̄i roborata: in qb⁹ virtute fidei maximū meritū est. Propterea ad ephe. ij. c. nos hortat̄ apl's dicens. In oibus sumētes scutū fidem in quo possitis omnia tela ne-

quissimi ignea extiguere. Uñ alex. ait: q̄ demones ante xp̄i passionē habebāt potestatē vexādi corpa ho minū pter illos q̄ diuina ꝓtectione tuebātur sicut iob. Sed post passio nē vexare nō possunt: nisi q̄tū pmit tūtur: vel ad hoim exercitationem vel ad sctoꝝ tēptationē ꝛ pbationē sicut in btō atonio expꝫ est: vel ad prauoꝝ correctionē: vel liberā ha beāt potestatē sup excōicatos: ꝛ p̄ cisos ab eccl̄ia. Uñ ad corin. v. ca. de fornicatore ait apl̄us. Judicaui tradere huiusmodi hoiem sathane Preter mitto r. p. q̄ post passionē xp̄i destructa est idolatria p vniuer sum orbē q̄ ab initio legis vsq̄ ad xp̄m deleri nō potuit. Preter mitto etiā q̄ angeli ante passionē pmitte bāt se ab hoibus adorari: sed post passionē minime. Proinde apoca. xix. c. āgelus ait ioāni volēti eū ado rare: vide ne feceris: ꝛ alia q̄ ibi le gūtur. Sed ad ꝓpositū reuertēdo ait matri sue scīssime. ¶ Undecio mater amātissima me mori opo rtu nū est ꝓpter pcti expiationē. Neq̄ enī aliter pctm̄ deleri potest: nisi per passionē meā. Hic paulus ad colo. ij. ca. dicit. Cōuiuificauit. s. nos de' pater cū filio. s. iesu xp̄o donās no bis oīa delicta: delens q̄d aduersus nos erat cyrographū decreti. Cyro graphū ei q̄ ꝫm glo. est cautio quā diabolus contra nos habebat. ꝫm alexā. erat reat' pcti ad eū totū ge nus humanū ꝛ decretū snīa ꝯtraria cūctis hoibus qñ dictū est geñ. iij. c. Morte morieris. Et ideo si xp̄s de leuit cirographū ꝛ decretū: abstulit igit culpā simul ꝛ penā: licet minie totā: Et vbi nisi in cruce vt ait pro pheta. Cōfregit potētias. s. pcti ar cū: scutū: gladiū ꝛ bellū. i. delectati onē: cōsensum opationē: ꝛ cōsuetu ne pcti. ¶ Duodecimo etiā ait dn̄s matri sue necessariū est vt moriar ꝓ pter hominū iustificationē. Uñ apo ca. j. dicit. Lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo. Et ad hebre. ix. c. Sā guis xp̄i q p sp̄m sctm̄ semetipsum obtulit imaculatū deo emundabit ꝯscientiā nr̄am ab opibus mortuis ¶ Tredecio ait dn̄s necessariū est mr̄ mea vt moriar ꝓpter satisfactio nē eoꝝ. s. q̄s meo sanguine iustifico. Certe hūanū gen' est ipi deo infini tis debitis obligatū: nec satisfacere pōt: nisi p ipso vt dictū est moriar. Hoc optauit ꝓpha qñ dixit. Redi me me ꝛ miserere mei: q2 vnic' sū nō habēs amicos: ꝛ paup nō habēs pciū a meipo. ¶ Quartodecio ne cessariū est vt moriar scīssima mr̄ ꝓ pter iferni expoliatōꝫ. Licet ei p cir cūcisionē deleaṫ originalis culpa: ꝛ p caritatē actualis q̄tū ad maculā ꝛ q̄tū ad gehēne reatū: nō tñ q̄tū ad reatū carētie visionis diuine: rō ne cuius diabolus potestatē habet sctōs p̄res in limbo ꝯtinēdi. Uñ de tali vinculo eos volo p meā passio nē ꝛ mortē liberare. Sic eni zachā. ix ca. ꝓphetauit dicēs. Tu q̄z in san guine testamēti eduxisti vinctos de lacu. Et p osea xiij. c. scriptū est. De

manu mortis libabo eos: ⁊ de mor-
te redimā eos: ero mors tua o mors
ero morsus tu⁹ inferne. ¶ Quinto
decimo ⁊ vltīo necessariū est vt mo
riar ꝑpter hūani gñis glificationē
Vñ scti in cełna pria illō apoca. v. c.
cantant dicētes: dign⁹ es dñe accipe
librū ⁊ soluere signacła ei⁹: qñ occi
sus es ⁊ redemisti nos deo ī sanguīe
tuo ex oi tribu ⁊ lingua ⁊ pplo ⁊ na
tiōe. Ego enī ait dñs iesus solus di
gn⁹ inuētus suz ꝑ datā mihi potesta
tē a pr̄e apire librū btitudinis: ⁊ sol
uere signacła. i. dotes ei⁹. Ex his oi
bus mr̄ itacta: mr̄ imaculata: mr̄ bñ
dicta ꝯsolationē accipias: ⁊ cū tua
bñdictiōe mihi licentiā dona: q: iā
hora est vt in hierłm eā cū discipuł
meis: ⁊ ꝯsumenł oia q̄ scripta sunt
de me. Nec rōnes q̄s assignasti mo-
ueāt te: q: licet iusticia: mĩsicordia
atq₃ scriptura nō ꝑmittāt me inocē
tē absolute mori: tñ ꝑmittūt cū hoc
respectu vt liberet̄ humana gñatio
que alio mō vt dictū est redimi nō
pōt. Et licet inocēti pena nō debeat̄
inuito: tñ sibi imponi pōt si se offert
volūtarie pro satisfactione nocētis:
Nec obedientia talis illicita putari
debet: q: maxima caritas est ꝓ ini-
mico mori: quā ostēdere debeo ex
sūma ꝑfectiōe mea. Nec ꝑpter mor
tē qd̄ semel assumpsi vnq̄₃ dimittā:
q: semꝑ ero deus ⁊ homo. Idcirco
leo papa dicit. Tanta est vnio dei ⁊
hominis: vt nullo supplicio possit
detineri: nec morte distingui. Et si
diuorciū sine culpa fieri non debet:
tamē hoc est pctm̄ primorꝫ parentū
pro qbus minime hanc penā volū-
tarie dispono suscipe: que pena lic₃
sit horribilis ⁊ deformis vt tu dicis
est tamē vtilior ⁊ ꝯdita sapiētia ma
gis oibus. Nec facio volūtatē ini-
mici: imo totū oppositū q: ꝑ mortē
meā destruo mortē eternā: quā an-
tiquus hostis conatus est contra ge
nus humanū inducere. Et ideo ꝓ-
pter hec omia de volūtate facio ne
cessitatē: ⁊ ideo pro hūani generis
salute ad mortē libēter ire dispono:
quia scriptum est. Oportebat pati
xp̄m. ¶ Quibus verbis dolorosa
mater nimis cōmota: dolorib⁹: fleti
bus ⁊ singultib⁹ atq₃ suspirijs an-
nuit: ⁊ eius filiū bñdixit. Et dum ie
sus filius afflicte virginis volebat
inde recedere: venit maria magda-
lena plorans ac ei dicens. Magister
bone audiui te in hierłm pascha co
mesturū accedere. Unde tali verbo
cōmota tremēs huc veni cōsulens
tibi: vt hec oino non facias: sed cū
matre tua sanctissima in hāc domū
tuam pascha statue vt facias. Iam
enim iudei constituerūt vt te de ꝓ-
ximo occidāt. Cui christus respōdit
Filia bñ dicta ardentē amorem tuū
cognosco: sed nō sapis q̄ pro salute
hūani generis necessaria sūt. Certe
me oportet ibidez pascha comedē:
⁊ oia q̄ de me scripta sunt adimple
re: sꝫ cōmēdo tibi magis solito me
am dulcissimā matrē: vt afflictioni
⁊ pauꝑtati sue mei ⁊ sui amore sub
uenias Et tu bñdicta mater cofor-

tare:q: licet corpore nō tñ mēte a te recedo. Iterū cito videbo te: et gaudebit cor tuū. Interī angeli defendent te. et sp̄us sanct⁹ cōfortabit te. Et sic dolorē et afflictionem tollerabis. Ad quē mater, et tu fili similiter cōfortare: et roga p̄rem: vt mitiget tuū dolorē. Quibus dictis vt habetur in euangelio sancti iacobi: inde recessit. Et hec de prima parte dñice passionis in p̄nar̄ sufficiant: de inceps ad aliā trāseam⁹. ¶ Comes

Magis vt opinor ex his dictis hec pars dici dz cōgruitatis q̄ necessitatis: q: q̄q̄ scriptura dicat. Oportebat xp̄m pati: tñ oportunitas siue necessitas illa voluntaria. ꝓpter congruitas appellari pōt. ¶ Pars scd̄a sermōis de q̄litate ordine: et conditione dñice passionis.

Jam modū: ordinē: cōditionē: seu qualitatē dñice passionis r.p. scire cupimus: recursum nos h̄re oz ad iohānē euāgelistā q dñm iesum in passione nūq̄ dimisit: lz eni tpe quo ipse iesus capt⁹ est aufugerit tñ statim reuersus eū amplius nō dimisit imo virginē gl'iosam vocās eā semp associauit. Jdcirco ipse clamat et dicit. O vos oēs q transitis p viā attēdite et videte: et mecū nimio cū dolore cōsiderate: Jesum seipsū p̄sentātē ꝑ agni figuratiōe. Jesum cū discipulis cenantē cū multa dilectione. Jesum eor̄ pedes lauantem humili genuflexione. Jesum sacramētū instituentē dignū veneratiōe. Jesum discipulos alloquentē dulci collocutiōe. Jesum iam in orto terrantē multa fatigatiōe. Jesum semetipsum demōstrantē captū cū ꝓditiōe. Jesum nō seipsum excusantem a falsa accusatiōe. Jesuz herodi pilatum mittentē sui excusatione. Jesum pilatum flagellantē sui liberatione. Jesum pilatū sententiantē crucis cōdemnatiōe. Jesum matrē associantē nimia cōpassione. Jesuz mrem turbāq3 alloquētē crucis aleuatiōe. Jesum sanctū cetū deponētem de crucis sublevatione. Jesum mariam cū cetu flentem sua tumulatione. ¶ Primo igit euangelista iohā. ait. O vos oēs qui transitis p viā attendite et videte. et mecū dolore nimio cōsiderate iesum semetipsum p̄sentantē ꝑ agni figuratione. Quia exodi. xij. ca. de xp̄o figuratū erat vt agn⁹ decimaq̄rta die mēsis imolaref: sicut superi⁹ diximus. Et ipse iā dixerat. mat. v. c. nō veni soluere legē. sed adimplere. Jdeo tan q̄ agnus venit in hierusalē ad victimā. In q̄ aduētu tria p ordinē describūt. Primo discipulor̄ emissio. Nas iesus nō sicut fletu et lacrimis recedēs a matre ipsius bñdictione recepta: venit in mōtē oliueti et ibi sedēs cū discipulis suis vocās ad se petrū et iohan. ait illis fm lucā. xxij. ca. Eūtes parate nobis pascha vt mā ducemus. At illi dixerunt. Ubi vis parem⁹? et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis ciuitatem occurret vobis hō amphorā aque portās: se

quimini eũ in domũ in quã intrat: ⁊ dicetis prĩfamilias domus. Dicit tibi mgr̃. Ubi est diuersoriũ vbi pascha cũ discipulis meis manducem Et ipse oñdet vobis cenaculũ magnũ stratũ ⁊ ibi parate. Estimãt quidã doctores q̄ hoc fuerit cuiusdã occulti discipuli. Scd̃o in tali aduẽtu describit̃ debita loci p̄paratio: q: discipuli euntes inuenerũt sicut dixit illis iesus ⁊ parauerunt pascha. Tertio describit̃ dñi nr̃i p̄sentatio. Unñ marci. xiiij. c. scribit̃. Uespe aũt facto venit cũ duodecim. Et credẽdũ est ipsũ primũ intrasse more solito tẽplũ ⁊ honorasse prẽm. Quia ipse dicit luce. xij. c. Primũ q̄rite regnũ dei. Et orõne facta venit ad domũ vbi cenatur⁹ erat cũ discipulis suis. ¶ Scd̃o beat⁹ ioh. euãgelista dicit. O vos oẽs q trãsitis p viã attendite ⁊ videte sicut prius: iesuz cũ discipulis cenantẽ cũ multa dilectione. Ubi s̄m q̄ habet̃ i hystoria sancti martialis q existẽs discipulus in p̄dicta cena seruiuit. Tria similiter denotãtur. Primo mẽse p̄paratio. Nã ꝯgregatis discipulis in quodã solario supiori fuit in terra mẽsa disposita sup vnã tabulã marmoreã de diuersis coloribus q̄ est rome in saucta sanctoꝝ. In cuius quolibꝫ q̄dro vel latere: tres poterãt stare psone. Scd̃o denotat̃ cũ xp̄o discipuloꝝ pmansio. Nã circa p̄fatã mensam stabãt oẽs erecti cũ baculis in manib⁹ suis. Sicut exo. xij. ca. erat mãdatũ. Tertio denotat̃ mãducãdi dispositio. q: mãducabãt festinãter sicut p̄ceptũ erat ⁊ cũ silentio atq̄ꝫ tremore ne eis eueniret aliq̄d scãdalũ. Et q: vn⁹ erat agnicul⁹ inter tantos citissime comederũt. Et tũc ihs s̄m lucaz. xxij. c. dixit discipul̃ suis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscũ añq̄ꝫ patiar: dico eñi vobis q: ex hoc nõ mãducabo illud donec impleat̃ in regno dei. ¶ Tertio beat⁹ ioh. ait. O vos o. qui trã. p vi. at. ⁊ vi. ⁊ ni. do. cõsiderate iesum coꝝ. s. discipuloꝝ pedes lauantẽ humili genuflexione. Ubi tria p ordinẽ facta sunt. Primo humilis pedũ lauatio. Nã s̄m ioh. xiij ca. Jesus surrexit a cena. i. descẽdit de cenaculo supiori ⁊ venit in theatrũ vbi banchi vel sedes erãt circũcirca: ⁊ ibi fecit sedere discipulos suos. ⁊ deposuit vestimẽta sua. ⁊ cũ accepisset lintheũ p̄cinxit se. Deinde misit aquã in peluim: ⁊ cepit lauare pedes discipuloꝝ ⁊ extergere linteo quo erat precinct⁹. Et creditur q̄ primo lauerit pedes pditoris Unñ sequit̃. Uenit ergo ad simonez petrũ: q resistẽs audiuit. Si nõ lauero te nõ habebis ptẽ mecũ. Hec autẽ quõ itelligẽda sint p̄termitto: q: nõ est p̄sentis speculatiõis. Seq̃t q̄ lauit ⁊ extersit pedes petri ⁊ alioꝝ. Scd̃o facta est exẽpli boni donatio: q: deinde accepit vestimẽta sua ⁊ sedẽs ad mẽse ãgulũ: iuxta se posuit ioh. a latere dextero. deinde petrũ ⁊ iudã q recedere querebat vt traderet eũ sedere fecit a sinistro latere

lauat

ꝓpe se. Et sic ad oēs sedētes ait ihs Scitis qd fecerim vobis? Uos vocatis me magr̄ ꝛ dñe ꝛ bñ dicitis. Sū etenim. Si ego laui pedes vr̄os dñs ꝛ magr̄ ꝛ vos debetis alt̄ alteri⁹ lauare pedes. Exēplū ei dedi vobꝫ vt queādmodū ego feci ita ꝛ vos faciatis. ❡Tertio fctā ē ꝓditoris reuelatio qꝛ edētib⁹ discipul̄ iesus nō mādu⸗cās sꝫ suspirās: vt mat̄. xxvj. ca. legit̄ ait. Amē dico vobis: qꝛ vn⁹ vr̄m me traditur⁹ est. Et cōtristati valde ceperūt singuli dicere. Nūqd ego sūz dñe? At ille rn̄dēs ait. Qui intingit mecū manū ī paraphside hic me tradet. Fili⁹ quidē hoīs vadit sicut scriptum est Ueh aūt hoī illi p quē tradet̄ Bonū erat ei si nat⁹ nō fuisset. s. ex vtero ɓm doctores hō ille. O iuda ꝓditor neqssime quō talia audire ꝛ substinere poteras? qn̄ te a tanto malo ꝓposito nō reuocabas: nec ꝑ hꝫ manifestat⁹ es: qꝛ iā oēs in cathino manū intingūt. Sꝫ tu ꝓditor potius audatiā sumēs ais. Nūqd ego sum rabbi? Dicit rabbi: qꝛ cōtinuo docebat̄ ab eo. Sꝫ nō dicit dñe: qꝛ recessit ab ei⁹ dñio. Ait iesus. Tu dixisti. O dñe iesu ex hac rn̄siōe nō indicasti: sꝫ ī magna suspitōe posuisti discipl̄os. Uñ petr⁹ ait iobi. Obsecro qs sit interroga mgr̄m. Et iohes ait iesu. Dñe qs est q tradet te? Et hꝫ dicēs ꝛ audiens fore iudā ex porrectiōe bucelle quā xp̄s intictā dedit iude: quia sathanas itrauit in eū nō tūc primū: sꝫ vt amplius vexaret eū sopit⁹ supra pect⁹ iesu rn̄sum nō dedit petro: vt esset sibi ꝛ alijs discipulis occultū: q si sciuissent forte interfecissent iudā: Uñ dicit hiero. Si hꝫ petr⁹ sciuissꝫ. dētib⁹ iudā discerpsisset. Sꝫ iesus manifestauit hꝫ iohi. vt essꝫ testis: quō iesus ꝓditorē sciebat ꝛ voluntarie moriebat̄. ❡Quarto euāgelista ioh. ait. O vos oēs q t. p vi. at. ꝛ vi. ꝛ ni. do. mecū cōsiderate: iesum sacrm̄ ꝯsecrātē dignū venera tiōe. Ubi tria videri pūt. Prio sacri institutio. Cōsiderans. n. dñs iesus ex suo recessu. ꝛ maxie ꝓpt̄ hec v̇ba excogitauit qd cari⁹ eis relinquere posset. Accepit ergo iesus panem ꝛ bn̄dixit ꝛ fregit. vt mathei. xvj. ca. scribit̄. deditqꝫ discipulis suis ꝛ ait Accipite ꝛ comedite hꝫ est corp⁹ meū Et accipiēs calicē gr̄as egit ꝛ dedit illis dicens. Bibite ex hoc oēs. hoc est sanguis me⁹ noui testamēti qui ꝓ vobis effundet̄ ī remissionē petōꝝ. Scd̄o videri pōt ꝓditoris recessio. Nā postq̄ꝫ iudas sacrm̄ accepit: qd̄ ei dñs dedit: nolens reuelare pctm̄ ɓm aug. Uñ. xxiij: q. iiij. c. Tu bon⁹ ipse ait. Tu bon⁹ tollera malū. nā ꝛ xp̄s iudā cū sciret furē eē tollerauit ꝛ ad p̄dicādū misit: eiqꝫ cū alijs eucharistiā dedit. Tūc ipse iudas exiuit: cui xp̄s dixit: vt io. xiij. c. scribit̄ Qd̄ facis fac cit⁹. Hoc aūt nemo sciuit discūbētiū ad qd dixerit ei. Quidā ei putabāt: qꝛ loculos hēbat iudas: qd̄ dixit ei iesus. Eme ea q̄ op⁹ sunt nobis ad diē festū: aut egenis aliqd daret. Erat aūt nox. Hinc ansel. ait. Hoc totū māsuetudinis tue

erat dñe: vt psidū illū inter cetū disci-
pulorū detegere et confundere noluisti
Tertio hic videri pt iesu erga nos
dilectio: quia seipsum in cibū et potuz
nobis donare voluit: et nō tm̄ bōis
sz et malis et discolis. Un̄ sicut iā di
ximus et indā cōicauit: q ita re° erat et
inde recedēs q̄q̄ tāta recipet bñfi-
cia q̄z ei xps oñderet tot caritatis
et humilitatis insignia tū accessit ad
principes sicut pri° ordinauerat: et ac
cepit cohortē.i.milites.vt apphēde
ret iesum. Ei nō mirū si tot ad capi
endū dñm inde misit: quia timebat
ppl'm a q iesus nimis diligebatur.
¶ Quito io.ait. O vos o.q t.p vi.
at.et vi.et m.cū multo dolore cōside-
rate.iesum discipulos alloqntē dul
ci collocutiōe. Nā post recessuz pes
simi pditoris.dñs nr̄ fecit discipulis
suis dulcissimū et vtilissimū atq cō
pēdiosum et lōgū sermonē. Cōpēdi
osum in verbis et lōgū in sentētijs.
Jnq sermōe vt ioh.xv.xvj.et.xvij.c
scribit. Tria p ordinē egit. Primo
eos in vtutib° instruxit: tū in carita
te dicēdo. Mādatū nouū do vobis
vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Jn
h cognoscēt oēs: quia estis mei discipli
si dilectionē habueritis adinuicē. Tū
etiā in fide dicēdo. Creditis in deū
et in me credite. Tum etiam in spe di
cendo. Jn domo patris mei mansi-
ones multe sunt. Et ego sum vitis
va. Et paclitus spūs sctūs quē mit
tet pater in noīe meo: et in multis q
causa breuitatis dimitto. Scdo eos
in patiētia cōfortat: quia agēdo bona
ppter deū debēt mala pati. Un̄ eis
dicebat. Sz venit hora: et nūc est vt
tyr fuit in ecclia post tempus passionis xpi. Septiu est renouatiois: q2 pmus e renouat⁹ baptismo sanguinis. Septimu est pmissiois: q2 pro sibi donatu est regnu eternu. Tertia flamma vocat trassormans: q2 dolore afflicte mris sui intra se cocipies ait illi. vt ioh. xix. c. dr. Mulier ecce filius tuus. Nam paupcula mater respiciens q latroni loquetur: znon sibi fili⁹ e⁹ in cruce deficies. Quid nam: aiebat ei. vnici vite mee solaciu post tuu doloros u discessu faciet mater tua. Cui me desolata relinquis? Que verba z similia iesus audiés ex hijs nimis afflictus z vltra q credi potest. respexit iohane virginé virgini esse similez. z ait matri Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit ea discipulus i sua Ubi bernar. ait. O qualis comutatio: iohanes tibi p iesu tradit. Seruus pro domino: discipulus p magistro. filius zebedei p filio dei: purus homo p vero deo: quo no tua3 affectuosissima aiam ptrasibat gladius. Hoc audito: q z nostra lic3 saxea: licet ferrea pectora sola scindit recordatio. Hec ille. Sequit. A sexta aute hora tenebre fce sunt super vniuersa3 terra vsq3 ad hora nonam z obscurat⁹ est sol. Quarta flamma vocatur declarans: que exijt cu dixit. Hely hely lamazabathani. Hoc est: deus me⁹ deus me⁹ vt qd dereliquisti me. Hic apte declarauit diuina natura pmisisse huana3 pati. Quida aute illic stantes z audientes dicebant. helia3 vocat iste. s. Romani qui idioma non intelligebat Quita flama vocat sitiens: na sciés ibus quia oia 9sumata sunt vt scriptura adimpleret dixit. sitio. Ubi bernard. ait. O bone z dulcissime iesu quid est q loqris: quid est q dicis. In cruce cu iniqs suspéderis in ligno clauis affigeris z dicis: sitio. Corpus tuu fustibus coteritur vinculis astringit: vultus tuus conspuitur z dicis. Sitio. Corona coronaris spinea: militari pforaris lacea z dicis sitio. Hec ille. Tot fuisti cruciatus doloribus: z nullatenus es conqstus: z modo de siti incipis coqueri. Reuera bone iesu si sitis no aqueu liquore: sed fidem z salutem miserabiliu peccatoru. p qru salute sic aspere cruciaris. Sequit. Uas ergo positu erat aceto plenu: z continuo currens vnus ex eis accepta spogia ipleuit ea aceto: z iposuit arudini: z ysopo circupoñetes obtulerut ori eius z dabat ei bibere mirratu3 vinu cu felle mixtu. sm math. xxvij. ca. vt impleret qd dictu est per pphetá dicenté. Dederut in escam mea fel: z in siti mea potauerut me aceto. Sequit. Et cu3 gustasset noluit bibere. Sexta flamma vocatur 9sumas: q2 cu gustasset iesus acetu dixit. Cosumatu est. s. misteriu ppt quod carne assupsi. Septima flamma vocat recomédas. na itez clamás iesus. vt luce. xxiij. ca. dr: voce magna dixit. P2 in man⁹ tuas 9me

do spm meu. Ubi bern.ait. Ascēdit in altu vt longius audiret: fortis clamauit: vt nullus excusaret: clamori lacrimas addidit vt hō cōpateret. Hec fuit illa doloris vox: pro q̄ tota mundialis machina visa est pariter doluisse. Terra tremoribus quatit: aperiunt sepulchra. Uelū tēpli scinditur: z celū in suis luminaribus obscurat: solus hō nō cōpatit. p q̄ xps occidit. Seqt. Et hec dicēs expirauit. Et velū templi scissum est in duas partes a summo vsqz deorsum z terra mota est: z petre scisse sunt: et monumēta apta sunt: z multa corpora sanctoz q dormierāt surrexerūt. Et exeūtes de monumētis post resurrectionē eius venerūt i scāz ciuitatē: z appuerūt multis: z fracto superliminari tēpli infinite magnitudinis: vt ita dicā sicut habet in euāgelio nazareoz: audite sunt voces i aere: vt dicit iosephus. Trāseamus ex his sedibus q erāt voces angeloz: q p̄erant illis natoibus. Scōa pars hui9 cōsideratiōis cōsistit in dñi matris lamētatiōe. Nā pia z afflicta mater dolore nimio agitata: nunc alloqt filium: nūc alloquit iu deos: nūc alloquit crucē: nūc alloquit mortē. Filio nanqz sic ait. Ueh mihi fili mi: Ueh fili qs dabit mihi vt ego moriar tecu. Cur agnus inocēs occisus es. Fac fili mi vt ego tecum moriar. Male remanet sine filio mater. O fili trahe me tecū: noli esse dolorose matri dur9 q cūctis fuisti benign9 nihil mihi grati9 in p̄senti q̄ te amplexato in cruce cōmori tecū. Nihil mihi amarius q̄ viuere: postq̄ tu mortuus es. O mi nate tu mihi pater. tu mihi mater: tu mihi spōsus: tu mihi frater tu mihi filius: tu mihi oia eras: nūc orbor parētibus: nūc viduor spōso: nūc dsolor fratre: nūc priuor ple: nūc ecce oia pdo. Ubi est ille aspectus delectabilis. Ubi est illevultus amabilis in quē desiderāt angeli pspicere. speciosus forma p̄ filijs hominū factus est oium inde corus. Ubi est lo quela suauis. Ubi ē cōuersatio māsueta. Quare rubz est indumētū tuū. Ubi ē tunica quā feci tibi fili mi: quo ibo fili mi. Ultra quid faciā. Deinde dicit iudeis O impij iudei nolite mihi parcere postq̄ filiuz crucifixistis crucifigite simul z matrē: aut si mortē habetis seuiorē p̄bete. Post hec crucē alloqtur dicens. O crux seuera q̄ mat filij mei facta es: q̄re abstulisti eū mihi: ego āplexabar eū brachijs: z tu stringis eū clauis. Ego inuolui eū pannis: z tu extēdisti eū lignis. Ego vestiui eū tunicis: z tu induisti eū vestimēto sanguīs. Ego potaui eū lacte: z tu potasti euz aceto z felle. Redde ergo filiū meū mihi vt meli9 tractē eū: vel saltē flecte ramos vt tangā eū. Deinde alloquit mortē dicēs O mors seuera: exere vires: dissolue cōpages: puie mrēz cū filio simul: q: q̄ ibit filius sine matre. O mors miserere mei. tu sola mihi places: tu sola potes auxiliū dare. da igit cōpendiū doloribus meis. Tertia

pars huius cōsideratiōis cōsistit in totius turbe collocutōe. Nā mistri diaboli ptereūtes blasphēabāt eū mouētes capita sua. & dicebāt. Vah qui destruis templū dei: & in trib⁹ diebus reedificas illud: salua temet ipm: si filius dei es descende de cruce. Similiter & principes sacerdotū illudentes ei cum scribis & seniorib⁹ dicebāt. Alios saluos fecit seipsum nō pōt saluū facere. Si rex israel est descendat de cruce & credimus ei. Cēturio autē & q cū eo erāt custodiētes iesum. viso terremotu & his que fiebant q sic clamans expirasset: timuerūt valde & glorificauerūt deū dicentes. Vere fili⁹ dei erat iste & homo iustus: & ois turba eorū qui simul aderāt ad spectaculum istud & videbant que videbāt percutientes pectora sua reuertebātur. ¶ Decimoquarto ioh. euāgelista ait. O vos o. qui transi. &c. Iesu₃ sanctū cetū deponentē de crucis subleuatione. Et hec cōsideratio tres partes habet: qua₃ pria consistit in iudeo₃ maligna pseueratione. Vn̄ sequit. Iudei ergo qm̄ parasceue erat: vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato. Erat enim magnus ille dies sabbati: pseuerātes in nequitia & in iniquitate nō satij: rogauerūt pilatū vt frangerent eorum crura: & tollerent. Scda pars in humili matris iesu deprecatione. Vn̄ sequit. Venerunt ergo milites & fregerunt crura eo₃ qui cū eo crucifixi erāt. Quos vidēs afflicta mater nesciēs quō defendere poss₃ ei⁹ filiū cucurrit ad humilitatis arma: & genuflexo añ illos. Ego sum misera mater hui⁹ qui in cruce defuncti nō est ergo necesse vt ei⁹ crura frangatis: parcite precor ei. & ego vobis parco morte quā filio meo dedistis Vnus aūt militū. s. longinus. vt dicit magister hystoria₃. lancea aperuit latus eius. & cōtinuo exiuit sanguis & aq̄: & cū modicum tetigisset oculos militis: qvere caligauerunt limpide statim vidit & clare. & ex h credidit ille. & postq̄ p xp̄i nomine martirisat⁹ est in cesarea capadotie Tūc mater nimio dolore cōfecta velut mortua cecidit in terrā. Iohan. aūt hoc vidēs ait ad illos. Crudeles hoīes: vultis ne interficere matrē cū filio: nōne videtis eius filium mortuū: quid amplius necesse est ei⁹ crura frangere: & sic illi cōfusi recesserūt. Tertia pars cōsistit in iesu depositiōe. Nā post hec cū sero factū esset: q: erat parasceue: qd̄ est ante sabbatū. venit quida₃ hō diues ab arimathia ciuitate iudee q erat decurio: vir bonus & iustus nomie ioseph. ga & ipse erat discipulus iesu occult⁹ tn̄ ppter metū iudeo₃ expectās regnū dei: hic nō acquieuit cōsilio & actib⁹ eo₃: & audacter intrauit ad pilatum & petijt corpus iesu. Pilatus aūt vt cognouit: q: iā obijsset: donauit corp⁹ iesu. Ioseph autem mercatus sindonem venit & tulit corpus iesu. Venit aūt & nicodemus q venerat ad iesum nocte pri-

mū ferēs mixturā mirre ⁊ aloes q̄ſi
libras cētū acceptur⁹ etiā corp⁹ iesu
Quos vt a lōge ꝓſpexit mater affli
cta alios fore putās q venirēt ad no
cēdū timēs ne crudeliora corpi ei⁹
filij inferre vellēt: ptimuit valde: et
ad ioh. cui a filio cōmēdata eſt cete
rasq; dn̄as ait. Quid faciā de filio
meo. Ecce canes aduenıūt nō satij
eius morte crudelissima. O iohan.
o magdalena: o sorores: ceterecq; iu
uate me: defendite filiū meū magi/
strū veſtrū dn̄m atq; saluatorē. Ad
cui⁹ verba flentib⁹ cunctis iohānes
illis obuiā vadit: ⁊ curiosius intuēs
illosq; cognoscens reuersus ait ad
virginē. Noli timere mater dilectiſ
ſima. Sūt enī diſcipuli ioseph: ⁊ ni
codemus qui veniūt. Tūc illi ꝓpin
quātes ad locū salutata ⁊ cōfortata
virgine luct⁹ orit maximus. reſum/
pto tandē spiritu ꝑparauerūt se ad
depositionem corporis. Quos ma/
ter videns volentes eum deponere
quaſi de morte cōſurgens: paululū
reuixit ſpiritus eius ⁊ dabat eis au/
xiliū q̄d poterat. Statimq; defixa
vna manu cepit eam manibus suis
mater ſuſtentare: ⁊ cū depoſitus eſ
ſet recepit eū in gremio ſedēs ⁊ ipa
in terra: nūc oſculabatur eum: nūc
amplexabat: nūc alloquitur caput
nunc manus: nunc pedes: nunc la/
tus: nunc faciem: ⁊ tergit dicens.
Fili mi nō mihi reſpōdes? Nonne
hoc eſt os benedictum quod iude/
is dulciter ꝑdicabat. Nōne he ſunt
man⁹ que iudeis miracula faciebāt
Nōne hi ſunt pedes quos iudei ſe

pius adorabāt. Nōne hoc eſt latus
cuius amor iudeos tā ſtricte ama/
bat. Vn̄ tāta crudelitas. Vn̄ tā grā
dis impietas. Vn̄ tā ingrata ſocie/
tas. Et ſic his verbis oēs inuitabat
ad fletū ⁊ depoſitū corpus ī medio
fletur a cūctis. ¶ Decimoquito ⁊
vltimo ioh. euange. ait. O vos oēs
qui ⁊c. iesum mariā cū cetu flentē
ſua tumulatiōe. O q̄ amarus flet⁹
factus eſt in tumulatōe iesu. Unde
oēs creature plangebāt iesum cru/
cifixum. Vn̄ auguſti. ait. Oēs ange
li fleuerūt amare. Nec angeli mirā
dū ſi fleuerūt cōtra naturā: cū deus
cōtra nature iuſticiā pateret. Sed
vt talē fletum ad noſtrū ordinē de/
ducamus: hāc cōſiderationē in tri
plici metu diuidam⁹. Primo in fle
tu genitricis paupcule. q̄ ſeptē rōi/
bus ipm iesum ſuū dilectū filiū plo
rabat dicēs. Prio rōe amicitie ⁊ di/
lectōis. O fili mi tu veniſti ī hūc mū
dū tāq̄ v̄us ⁊ ſūm⁹ amic⁹ hūani ge
neris ⁊ poſuiſti amicitiā int̄ deū et
hoiem. Vn̄ angeli in tua natiuitate
cātauerūt. Glia ī excelſis deo ⁊ int̄
p. h. bo. vo. ſic luce. ij. c. ſcp̄tū ē. Nū
q̄ habuiſti aliquē īimicū: q̄re ḡ ab
iſtis te ſūme diligere debebāt vt ſū
mū amicū: ſic male ⁊ iniq̄ tractat⁹ es
O q̄ta crudelitas: o q̄ta puerſitas
q̄ aliqs moriat̄ p man⁹ illoꝝ: q̄s ſū/
me dilexit quoꝝ amore ad terrā de/
ſcēdit. Et vt ioh. j. c. ſcribit. In ꝓpa
venit ⁊ ſui eū nō receprūt: ⁊ nō ſolū
nō receperūt: imo occiderūt. Scd̄o
virgo maria mater plorabat filium
ſuum ratione paupertatis: ⁊ denu/

datiõis. Unde dicebat. O iudei qd lucrati estis de morte filij mei. Solent nãqz mali p rebꝰ ⁊ diuitijs inferre aut donare mortẽ alicui: filiꝰ autẽ meꝰ pauprimꝰ qd habuit vnqz ĩ vita sua. Nõne ipe cũ ppħa dicere põt. Paup sũ ego ⁊ ĩ laboribꝰ a iuuẽtute mea. Et q̃ztũ paup. Audite qd de eo. mat. viij. c. scriptũ est. Vulpes foueas habẽt: volucres celi nidos. Filius autez hoĩs non habet vbi caput suũ reclinet. Vñ bene ppħa mihi ait. Tibi derelictꝰ ẽ paup. Tertio vgo maria plorat filiũ suũ rõne medicatiõis di. O fili tu erexisti claudos: illũiasti cecos: mundasti leprosos: cõsolidasti paliticos: suscitasti mortuos: hec igit̃ sunt stipẽdia tua O iudei crudeles filius meꝰ nõ corporalia solũ: sed ⁊ v̄ra sanauit vulnera spũalia q̃ a nemie excepto deo sanari poterãt vl' curari: ⁊ vos mortẽ ei donastis. Nõne ⁊ v̄z cuilibz dictũ ẽ: qd ecci. xxxviij c. scriptũ ẽ. Honora medicũ pp necessitatẽ. Quarto virgo maria plorat filiũ suũ rõne meditaõnis dicẽs. O fili mi mediatores pacis solẽt inde habere lucrũ ⁊ honorẽ. tu aũt q mediasti iter deũ ⁊ hoiem factꝰ hõ. vt paulus ad thi. ij. ca. dt. Mediator dei ⁊ hoium hõ xp̃s iesus: p lucro ⁊ honore mortez reportas. An forte ĩ tua mediatiõe mẽdaciũ dixisti: q ais. io. xiiij. Ego suz via ⁊ veritas ⁊ vita: cũ in tua mediatõne iuxta pphetã Miscdia ⁊ veritas obuiauerũt sibi: iusticia ⁊ pax osculate sũt. Quito vgo maria plorat filiũ suuz rõne doctrinatiõis dicens. O fili tu docebas ppl'm ⁊ ad oẽs phariseorz q̃stiões ⁊ dubitatões rñdebas. Vñ tibi dicebãt. mat. xij. c. Mgr̃ scimꝰ qz verax es: ⁊ viã dei in vitate doces. q̃re ergo pro mercede tua te iterfecerũt. O crudeles discipl'i sic debuistis tractare mgr̃m vestrũ. Sexto virgo maria plorat filiũ suũ rõne regalis gubnatiõis dicẽs O fili ꝯsueuerũt reges cuz ornamẽtis p̃ciosis: ⁊ vestibꝰ magni honoris ĩcedẽr: tu nudꝰ manes oibꝰ spoliatꝰ Cõsueuerũt reges coronas aureas in capite portare: ⁊ tu fili mi corona spinea es coronatꝰ. Cõsueuerũt reges alios iudicare ⁊ cõdẽnare: ⁊ tu fili mi q diceris apo. xxj. c. rex regũ ⁊ dñs dñantiũ: ab alijs vilibꝰ psonis es cõdẽnatꝰ. Cõsueuerũt alijs grãs elargiri: ⁊ tu fili mi a tuis subditis nõ tm̃ grãz: sz ⁊ guttã aq̃ ñ ipetrasti maxime cũ fueris magis pius benignus huilis ⁊ mãsuetus sup oẽs reges. Proinde zacharie. ix. c. di. Ecce rex tuꝰ venit tibi mãsuetus. Septio vgo maria plorat filiũ suũ rõne discretõis dicẽs. O fili mi tu eras oibꝰ discretissimꝰ. Nã cũ fatigati essent hoies itinere veniẽtes ad p̃dicatione tuã: tu cibasti eos ĩ deserto. sicut ioħ. vj. c. scribit̃. Tu in verbo. tu in opere discretiõe vtebaris: ipsi vero nulla discretione erga te vtentes: sicut latronẽ te iterfecerũt. Miseremini ergo mei: misere mĩ saltez vos amici mei: qz afflicta suz sup oẽs mulieres. ¶ Scdo diuidamꝰ hãc con-

ꝯsideratione͂ i fletu marie magdalene q̄ velut dilecta discipula plorat mgr̄m suū cum septē sciētijs. Pͥo cū grāmatica dicēs. O vos oēs grāmatici plorate mgr̄m v̄m ih̄m: q2 amō n̄ poterim⁹ facere bonū latinū Nā cū oīs bona latinitas vel orō cōstet ex noīe ⁊ verbo: hodie mortu⁹ ē in cruce ille q erat v̄uz nomē ⁊ v̄bū Nullus amō poterit ornare vel latinare pfecte. Erat eni͂ i ip̄o nomē. vt paulus ad philip. ij. ca. di. sup oē nomē vt in noīe iesu oē genu flectatur Erat verbū vt augu. dīt: p quod facta sunt oīa. Hodie certe pdita ē oīs cōgruitas: tū q2 iudei putauerūt ie sum singl̄aris nūeri cū esset deus ⁊ hō q̄ faciūt nūeruz pluralē: tū q2 putauerūt eū tertie psone tanq̄ puruz hoīem cū esset deus scd̄a psona in b̄tissima trinitate. Scd̄o maria magdalēa plorat mgr̄z suū cū logica di. O logici plorate mecū mgr̄m meū q2 p defensiōe v̄itatis false mortu⁹ ē ille q recte discernebat verū a falso. Hodie certe veruz repudiatū est: ⁊ falsū app robatū. Jesus mgr̄ me⁹ verus morte dānat: ⁊ barrabas latro ⁊ homicida liberat. Tertio maria magdalēa plorat mgr̄m suū cū rhetorica di. O rhetorici plorate mecū mgr̄m meū elloq̄ntissimū. viruz vt q2 bonū ⁊ctm̄: ⁊ i arte dicēdi pitissimū. Hodie certe iuxta iere. Color optim⁹ obscurat⁹ est: nec p̄teritū iudicatū est p deliƀatiuū: nec futuruz p indiciale: nec p̄sens p demōstratiuum. Quarto maria magdalea plorat mgr̄m suū cum geometria dicēs O vos oēs geometrici q trāsitis p viā plorate mgr̄z meū: q2 ip̄e q erat figura pfectissima mortu⁹ ē. Nā dicitis vos q circulus. i. figura rotunda ē pfectissima figura: ⁊ hoc est q2 nō h3 p̄ncipiū nec finē: ⁊ q2 iungit finē cū suo p̄ncipio. Mgr̄ vtiq3 me⁹ erat figura sperica: q2 in q̄tuz deus nō h3 p̄ncipiū neq3 finē: ⁊ in q̄tū hō cuz p̄ncipio iūgit finē. Hic ip̄e ioh. xvj. c. dīt. Exiui a p̄re ⁊ veni in mundum: iterū relinquo mundū ⁊ vado ad patrē. Quito maria magdalēa plorat mgr̄m suū cū arismetrica di. O arismetrici plorate mecū mgr̄m meum: q2 pdidistis hodie p̄ncipiū nūeri quod est vnitas q̄ nūer⁹ nō ē. Ip se eni͂ vt apo. j. ca. scribit. est primus ⁊ nouissim⁹ ⁊ p̄ncipiū oīs creature nec po titis m̄tiplicare: q2 multiplicator q dixit. Crescite ⁊ m̄tiplicamī ⁊ replete terrā. hodie in cruce mortu⁹ est. Sexto maria magda. plorat mgr̄m suū cū astrologia d. O astrologi plorate mecū: q2 in sua morte p̄ncipaliores planete obscurati sūt Luna eni͂ vt dicitis nō eclipsat nisi i plenilunio. Sol v̄o nisi in nouilunio. Et tñ hodie cōtra cursuz naturalē sunt eclipsata sūt. Vñ dyonisi⁹ magn⁹ astrolog⁹ vidēs hoc ait. Aut de⁹ nature patit: aut mūdialis machina dissoluet. Septio. ⁊ vltio maria magdale. plorat mgr̄z suū cū musica di. O musici mutate modū v̄im ⁊ flete: q2 verus cātor ⁊ musicus hodie i cruce mortu⁹ est. Et sic maria

ploradō oēs deducebat ad lachry mas. ¶ Tertio diuidam ꝯhāc cōsi deratiōnē in fletu ioh. euāge. q plo rat suū dilectū dn̄m cū septē virtutib⁹ Et p̄io cū iusticia di. O iusti plora te mecū: q: hodie iusticia pdita est: q: p iusticiā nō dānatur nisi malefa ctor ad mortē. Et hodie dānat⁹ ē il le ꝙ petri. ij. c. dr̄. Qui pctm̄ n̄ fecit nec dolus inuētus ē in ore ei⁹: etiā p iusticiā nō nisi ꝫ approbata debꝫ qs dānari ad mortē. aliter snīa ꝑ lata ꝯtra ip̄m nō valet. Un̄. c. de snīis l. ꝓlata sī ōt text⁹. Snīam a p̄side ꝑ latā cōtra solitū iudicioꝝ ordinē au ctoritatē rei iudicate nō obtinē cer tuꝫ est. Sꝫ de dn̄o meo nihil ꝓbatū est nisi q curabat egrotos: docebat ignaros: ꝛ predicabat pp̄lis. Scd̄o ioh. plorat cū fortitudie dicēs. O fortes plorate mecū: q: hodie pdita est virt⁹ fortitudīs: tū in iuda q dn̄ꝫ tradidit: tū i petro q: eū negauit: tū i pilato q eū snīauit: tū i cetu discipu loꝝ q eū dereliqt. Mḡ oēs ꝫ magis ꝛ min⁹ fecerūt cōtra scripturā dicē tē. Esto te fortes in bello ꝛ pugnate cū antiq̄ serpēte. Tertio ioh. plorat cū tēpantia di. O tēpati plorate me cuꝫ q: hodie pdita ē virt⁹ tēpantie cuꝫ iudei ꝛ mīstri dyaboli intēpate se habuerūt erga dn̄ꝫ meū tā i vbis ꝙ in opibus: adeo vt post ei⁹ mortē lāceavn⁹ eoꝝ latus ei⁹ aperuit: faciē tes ꝯtra id qd̄ ꝑ tuliū de tēpātia scri bit sic dicētē. Tēpantia ē rōnis in li bidinē atq; alios aī ipet⁹ nō rectos firma ꝛ moderata dn̄atio. Quarto ioh. plorat cū prudētia di. O prudē tes plorate mecū: q: hodie pdita est virtus prudētie. nā prudētes cōside rant ꝙ maxie tēpus futurꝫ: ꝛ qd ac cidere pōt de q̄cūq; re agēda futu ro tēpore. Sꝫ iudei ne quaꝙ cōside rauerūt desolatiōnē eoꝝ quā erant habituri ꝑpter inflictā mortē iesu Idcirco luc. xix. c. eis dn̄s ait. Ueni ent dies in te ꝛ circundabūt te ini mici tui vallo. Quīto ioh. plorat cū fide di. O fideles plorate mecū: q: hodie pdita est virt⁹ fidei: nec nisi i sola virgie remāsit. O infideles iu dei cur ita cito pdidistis fidē ꝺ dn̄o meo. Die eni dn̄ico clamastis Osan na i excelsis. Hodie vero clamastis crucifige eū. Sexto ioh. plorat cū spe di. O vera spes hoīꝫ quō es mor tua: ꝛ qd faciet mr̄ tua: q ibit: cuꝫ q manebit: in q̄ sperabit. Quid faciēt discipl̄i tui: quē p̄em hēbim⁹: quē mgr̄m: quē dn̄ꝫ. Septio ꝛ vltio plo. ioh. cū caritate di. O sūma ꝛ icōpa bilis caritas: q nō spernebas inimi cos ꝛ pc̄ores vbi est vicissitudo tua: qs rn̄det tibi saltē qd modice dile ctiōi tue. O xp̄e vera dilectio mūdi mortu⁹ es ꝓ salute inimicoꝝ q saltē nō occidissēt te q nolebāt diligere te. Tūc simꝰ oēs plorātes. Nichode mus ꝛ ioseph voluerūt corp⁹ trade re sepulture: ꝫ afflicta mr̄ nō pmit tens aiebat. Adhuc paululū illū mi hi relinqte vt faciē illius valeā con tēplari. O amici mei nolite ita cito filiuꝫ meū subtrahere misere matri vt saltē eum valeā tenere defunctuꝫ Tunc ioh. ait. O dn̄a mea hora tar da est pmitte sepelire filiuꝫ tuū: ne

hi scandalū habeāt a iudeis. Et sic ad preces iohānis ligato corpe mo re iudeoꝝ posuerūt illud in monu mento nouo in orto q in loco erat vbi crucifix⁹ ē iesus. Ibi ergo ꝑꝑ parasceue iudeoꝝ: q: iuxta erat mo numentū posuerūt ihm. Posuit er go ioseph corpus iesu in monumē to suo nouo qđ exciderat i petra: ꝛ aduoluit saxū magnū ad ostiū mo numētiꝛ abierūt oēs plorātes in ci uitatē. His igit̄ contēplatiōib⁹ tota vita nr̄a. R. P. occupari ðberet: q: sic ꝛ a pcis citius mūdaremur: ꝛ ad uersa leti ꝛ ꝯstātes pateremur. Ait eni grego. Nihil est quod nō equo animo toleret. si xp̄i passio ad me- moriam reuocetur. Comes.

Hinc existimo ꝙ pau. ad corin iij. ca. dt. Nihil iudicaui me scire iter vos nisi xp̄m ihm et hunc crucifixum.

¶ Pars tertia sermōis de exempla ritate dn̄ice passionis. Antonius.

Augustin⁹ eqdē ait. r. p. i xp̄o pēdēte i cruce iue nit̄ exēplū oīs pfectiōis docuit ei xp̄s i cruce. xv pfectōes vł pfectóis exēpla: qb⁹ tota vita hūana pfecte iformat̄. Primo docuit exēplū caritatis: q: iustus ꝑ iniustis morit̄ amic⁹ ꝑ inimicis de⁹ ꝑ hoib⁹. Vn̄ apl̄s ad ro. v. c. dt. Cū inimici eēm⁹ recōciliati sum⁹ deo p mortē filij eius. Et ber. ait. Sup oīa amabilē te mihi reddit. o bone ihu calix quē sūpsisti op⁹ redēptōis nr̄e Scđo docuit exemplū penalitatis. Nā vt isai. j. c. dt. A plāta pedis vsqꝫ ad vticē capitis nō ē in eo sanitas: ꝛ idcirco i themate ꝑposito dt dn̄s p ꝑpham. O vos oēs ꝛc. Tertio do cuit exēplū largitatis ad quā largi tatē dn̄s ondendā ꝛ significādā ma nib⁹ pforatis pepēdit i cruce. Sꝫ ꝑ uerbiař de hoie largo dr̄ xp̄o habꝫ man⁹ pforatas i cui⁹ largitatis signū ad vnū verbū dedit latroni padisū vt luc. xxiij. c. dr̄. Hodie mecū eris i padiso. Quarto docuit exēplū pau ptatis. Nā licet i tota vita sua fuerit pauprim⁹: tn̄ i cruce adeo paup ex- titit: vt ip̄e fons aq̄ viue sitibundus moreret̄. Proīde vt ioh. xix. ca. scri bit̄. Anxi⁹ exclamauit ꝛ dixit sitio. Hic tere. treno. iij. c. ip̄e ait cuilibet xp̄iano. Recordare paupertatis ꝛ tñ̄ gressiōis mee absinthij ꝛ fellis. Et xp̄ian⁹ illud qđ seqt̄ dicere debet. Mēoria mēor ero: ꝛ tabescet in me aīa mea. Extrema qꝫ paupertas fuit i eo: qꝛ nud⁹ i cruce manēs ad recli nandū caput locū nō haberet. Vn̄ math. viij. c. scribit̄. Vulpes foueas habēt: ꝛ volucres celi nidos. fili⁹ aūt hoīs non hꝫ vbi caput suū reclinet. Quito dedit exēplū hūilitatis q: vi lissimā ꝛ abiectissimā mortē eligere voluit. Vn̄ lucc. xxij. c. scribit̄ de eo Et cū iniqs deputat⁹ ē. Hic e cruce dn̄s clamat cū ꝑpha dt. Ego sūver mis ꝛ nō hō obpꝛobriū hoīuꝫ ꝛ ab iectio pleb. Propterea pau. ad phi. ij c. dt. Hūiliauit semetip̄m fact⁹ obe diēs vsqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis Sexto dedit exēplū pietatis. Nā a deo pius fuit vt vsqꝫ ad suos crucifi xores pietatem ondēderet. Unde in

cruce eleuat⁹ vt luce xxiij. c. scribit. ait. Pr dimitte ill': q: nesciūt qd fa. ciūt. Et vt hiero. ait. Hoc v̄bū fuit visuz tā magne pfectiōis audiētib⁹ q̄ audito hoc v̄bo multi ad xp̄m ɔuersi sūt. Un̄ iere. xi. c. i sui psona clamat ⁊ dicit. Ego quasi agn⁹ mā. suet⁹ q portaε ad victimā. Profe cto lōgino militi q lācea apuit ei⁹ la tus: lumē p merito reddidit. Septi mo docuit exēplū cōstātie ⁊ fortitu. dinis: quia nō fugit sicut discipuli: sed pcessit iudeis obuiā dicens vt ioh̄ xviij. ca. scribit. Quē q̄ritis. O ctauo docuit exēplū sapie seu pru dē tie: q: tā sapiēter dictis ⁊ factis luci ferū decepit: ⁊ sic piscator sub verme hūanitatis hamū diuinitatis absco dit: ⁊ dū diabolus capere xp̄m cre. didit: captiuū se iuenit. Un̄ iob xl. c. dicit. An extrahere poteris leuia. thā hamo: ⁊ in fune ligabis ei⁹ lin. guā aut armilla pforabis maxillā il lius. Nono docuit exēplū obedien tie: q: q̄uis in agonia posit⁹ eēt ob qd sanguineū sudorē emitteb: ⁊ oēs ei⁹ passiōes p―uideret: tn̄ orās ad pa trē. vt luce xxij. c. scp̄tū est taliε inqt. Pr si possibile ē: vl' si vis tūsser hūc calicē a me. Uerūtn̄ nō mea volūtas ſʒ tua fiat. Decimo docuit exēplū pa tiētie: q: accusat⁹: colla phizat⁹: ɔspu tus: v̄berat⁹: crucifixus: ⁊ mortu⁹ nō apuit os suū. Un̄ isa. liij. c. dt. Obla tus est q: ip̄e voluit ⁊ non apuit os suū. Sicut ouis ad occisionē duct⁹ est ⁊ q̄si agn⁹ corā tōdēte se obmute scit. Et math. xxij. c. dt. Cū accusare tur a pncipib⁹ sacdotū ⁊ seniorib⁹ nihil rn̄dit. Tūc dicit ei pilat⁹. Nō audis q̄ta aduersū te dicūt testimo nia: ⁊ nō rn̄dit ei ad vllū v̄bū: ita vt miraref p̄ses vehemēter. Undecio docuit exēplū ɔpassiōis: q: in tanta ɔstitut⁹ pena ɔpatiēs m̄ri vt ioh̄. xix dt taliter inqt. Mulier ecce fili⁹ tu⁹ cōpassus est ⁊ discipulo ⁊ dixit. Ec ce m̄r tua. Cōpassus etiā est petro: q: respexit eū. cōpassus est ⁊ toti ge neri hūano. Un̄ pau. ad hebre. v. c. dt. Cū ɔclamore valido ⁊ lacrimis of ferēs. ⁊. s. se ip̄m exaudit⁹ est p sua re uerētia. Duodecimo docuit exēplū abstinētie: q: dū sic anxi⁹ esset i cru. ce: ⁊ p sanguis effusiōe siti h̄ret itē sam: nō appetijt nisi satisfacē nature dicēs sitio: ⁊ dū sibi daref acetū mir ratū fele mixtū nō murmurās: neq; aliud querēs dixit. Consumatū est. Tredecio docuit exēplū spei vel cō fidētie. Nā oñdere volēs in h̄ mū. do spem nō eē ponēdā: ſʒ solū i deo eē sperādū. vt luc. xxiij. c. dicit. Pr i ma. t. ɔ. spi. m. Quartodecio docuit exēplū victorie: q: intm̄ pugnūit ɔtra diabolū q cū viriliter debellauit. Un̄ aug⁹. ait. Manu iermi ⁊ affixa cruci debellauit aereas potestates. Et iō ioh̄. xvj. c. dn̄s discipulis dixit Cōfidite ego vici mūdū. Quintode cimo ⁊ vltimo docuit exēplū cōple. tionis ⁊ pfectiōis: q: oīa q̄ posuit ei pr̄ in man⁹ cōpleuit pfecte ⁊ ɔsuma uit. Et iō vt ioh̄. xix. c. scp̄tū est. Cla mauit in cruce cōsumatū est: ⁊ incli nato capite emisit sp̄m. Cui ⁊ sp̄ūs n̄os sociare dignef ip̄e q de volūta te passiōis fecit necessitatē: ⁊ crude

lit passus tantā nobꝭ exēplaritatē re, ligt: q cū pre zs. triūphator mortis vi. z re. in se. se. amē. ¶ Comes.

Vere ligni crucis dr lignū sciē tie boni z mali: qr z a malo reuocat: z ad bonū inducit z puo, cat. Nā. xp̄i crucifixi nuditas reuo cat xp̄ianū ab auaricia dicente sibi hiero. Nudū xp̄m nud⁹ seqre. Pa, tibuli eius vilitas reuocat a supbia. Vñ leo papa dic. Erubescat hō fie ri supb⁹: qr hūilis fact⁹ est de⁹. Car nis et⁹ penalitas reuocat a luxuria ·hic bēr. ait. Erubescat sub spinoso capite mēbrū fieri delicatū. Sz valde dolēdū ē: qr ipse cū salomōe imo sa, lomon p ip̄m puer. j. ca. xp̄ianis ait Uocaui z renuistis. Extendi manū meā z ñ fuit q a spiceret. Scōo crux xp̄i ad bonū iducit z puocat. Hinc petr⁹. ij. c. dicit. Xp̄s p nobis passus est vobis reliquēs exēplū vt seqmi vestigia eius. Sed de his amplius: ego q secularis suz dicere nō statui quia tu religiosus multa dixisti.

¶ Sabbato scō de cōdigna pparatione ad suscipiēdū dñicū sacramētum. Sermo. lix. Antonius.

Que sursuz sunt qrite: nō q sup terrā. Ad col. iij. ca. aplī vba sūt ista. Qr donāte dño vsqz ad hūc diē R. P. dicēdo puenim⁹: cōsequēs est vt his dictis terrena de, spiciētes: zcelestia iuxta thema ppo siti desiderātes: nos ad sacrā cōio, nē crastino die pparem⁹ pcipiendā Vñ querēdū est. An si cōtingat ali, quē ex ignorātia sacramentū sūme re cū mortali pcō: peccet mortaliter Ad qō breuiter dr: qō hui⁹ ignorā tie causa duplx ēe pōt. Primo negli gētia qr hō vel negligit audire do, ctrine verbū: vñ possit illūinari de malis cōmissis: vl' ō bonis omissis vel negligit querere recta cōsilia vl' cōfessorē peritū: q eū erudiat: z exa minet de pdictis: vel qr negligit exa minare cōsciētiā suā: sz ipreparate z intricate atqz q̄dā ani leuitate z p, nitiosa tarditate: eligit cōfiteri in fi ne lx^e. ppter q̄ oia pctā z eoz circū stātias nō agnoscit vel recolit: z per cōsequēs nō plene cōfitet ex culpa sua. Et qr fm doc. subti. h est igno, rātia crassa z affectata: taliter susci piēs corp⁹ xp̄i mortalr peccat qr fac ētra id apl̄i. j. cori. xj. c. Probet aūt seip̄m hō: vsqz: nō diiudicās corp⁹ dñi. Scōo ignorāt hō culpā ex isuf ficiētia. Nā lz sufficiēter exaīauit cō sciētiā suā: z q̄sierit cōfessorē pitū: z discreta ɔsilia ac plene ɔ̄stuz valuit doluit de cōmissis: tñ quz reānet in eo mortalis culpa: cui⁹ oino nō re, cordat: vel forte nō plene cōtrit⁹ est Et talis isufficiētia excusa bil' est: qr hō de cōi lege cert⁹ esse nō pōt: vtrū peniteat digne. Iuxta illud q ecc̄s ix. c. scptū est. Nemo scit vtrū odio vel amore dign⁹ sit. Et ppheta in psal. dicit. Delicta qs itelligit: ab oc cultis meis mūda me z ab alienis i. a culpis q̄ a volūtate z memoria mea aliena sunt: pce puo tuo. Hoc igit mō ad sacrā cōionē quisqz acce

dere debet vt iuxta thema ppositū que sursum sunt qrat.i.ferueti volū tate disponere qrat. Ad qd explēdū noue pparatiões reqrūtur videlicz Cōsciētie examinatio. Pctoz cōtri tio. Cor va cōfessio. Ois imūditie extirpatio. Ois negligētie exclusio Ois irreuerētie excussio. Discreta pmeditatio. Deuota et hūilis oio. Caritatiua z feruēs deuotio. De q bus sibus hoc ordine dicemus vt primo de trib9 pmis. Scdo de trib9 alijs. Postremo de vltimis aliqd in sinuare curamus. ¶Comes.

Huius pparatiōis figurā vt o pinor leui.xi.ca.dñs ostendit dicens. Estote sancti qm ego sctūs sum: ne polluatis animas vestras.

¶Pars pma smōis de trib9 ppati onib9 sacratissime cōionis. Anto.

Prima igit ppatio in h articlo sacratissime cōio nis ē cōsciētie exaīatio qz iā vt dictū est pctā ni mis occulta sūt adeo vt vix cogno sci valeāt:teste ppha dicēte. Delicta qs itelligit:iō q crastino die cōionē accipe desiderat: p totū hunc diē z noctē seqūtē qtū nafa valet debz cōscientiā suā ad iudiciū vocare:et eā exaiare:vt i eo ipleat qd 10.xij.c scribit. Nūc iudiciū ēmūdi:nūc pn ceps hui9 mūdi eijcief foras. Et me rito qdē:qz sic ppha dt:honoz rgis iudiciū diligit. In cui9 misteriū exo xij.c.mādūcaturis agnū q sacramētū dñi tipice demōstrabat:pceptū ē. Renes vr̄os accingetis: calciamēta habebitis in pedib9 vr̄is: baculos in manib9 tenētes z comedetis festi nāter:est.n.phase.i.trāsit9 dñi. Ubi tria denotāt necessaria cōicaturis. Primo castitatē tenere: qz dī. Re nes vr̄os accigetis. Iuxta illō luce xij.c. Sint lū.ve.p.z lu.ar.in ma.v. Ubi grego.ait. Lūbos pcingim9 cū carnis luxuriā per cōtinentiā coar tam9. Nā cōicatur9 ab oī imūdicia debz eē mūd9:maxie de cōgruitate vtificetur si fieri pōt hac nocte qd Ioe.ij.c.scri. Egrediat spōsus d cu bili suo:z spōsa de thala.suo. Scdo odiū dimittere: qz dī calcīamēta in pedib9 vr̄is. Quid enī p pedes:nisi affect9 designat: z qd p calciamēta pe dū nisi caritas designat: q velut for ma est oim vtutū. Hinc math.v.c. scribit. Diligite inimicos vr̄os: bñ facite his qui oderūt vos. Tertio o pus bonū pseuerāter facere: qz in fert tenētes baculos in manibus. Quid.n.p baculū in manib9 nisi in bono ope cōstātia denotat. Un luce xij.c.scribit. Sint lūbi vr̄i zc. sup q vbo grego.ait lūbos.n.pcingimus vtā. Sz qz min9 est mala nō agere: dic totū vsq. Nec castitas ḡ magna est sine bono ope: nec bonū opus ē aliqd sine castitate. His igit tribus psuppositis festināter agnū.i. dñi corpus accipere debem9. Nō masti cādo: qz nō est cib9 vētris: sz mētis sz poti9 deuote glutiēdo: e.n.phase i.trāsit9 dñi. Hoc sup oia psupposi to vt exaīta sit cōsciētia teste osea p pheta.ij.ca.dicēte. Iudicate mentē

vitam.i.psciētiā: q: si vos iudicabitis nō iudicabit dñs. Unū naū ppha ij.ca. Nō iudicabit ingt dñs bis in idipm. ¶ Scda ppatio sacratissie cōionis dī: petoꝝ ꝯtritio. Est.n. ꝯtritio sacra tāte ṽtutis: vt si qs reatuꝫ in se cognouerit: ꝛ copiā sacerdotis habē nō poterit: ꝛ celebrare vel cōionē accipe necesse habuerit: ipa sola sufficit ad salutē. Unū merito ppheta dic. Cor cō. ꝛ hu. de9 ne despi. De ipa qꝫ cōtritiōe btūs grego. ait. Afflicta mēs citi9 iuenit malū qd fecerat: ꝛ infra. Qui nescit lugere qd gustat: nescit pferre qd sbleuat: vis cōpūctiōis poros cordis apit: ꝛ penas ṽtutū fūdit. Ista qppe ꝯtritio ꝛ illa cognitio quā bñ agnoscens seneca dicebat. Innitiū salutis ꝯgnitio pcī ¶ Tertia ppatio sacratissiē cōionis dī: petoꝝ vā cōfessio: qꝫ teste augu. qttidie peccam9 de cōse. distin.iij.c. Uerū oꝫ qd puri ꝛ mūdi atqꝫ nitidi sacrā cōionē accipe debemus. vt aūvꝫ ꝭ sero vel qd tutius est cras māe ꝭ cōfessi iteꝝ cōfiteamur accusātes nos saltē de venialib9. Uñ cōicādo eccli.xiij. dī. Ab oī dlicto mūda cor tuū. s. añ cōionē: ꝛ ppha in psal. dic preocupemus faciē eius in cōfessiōe

Satis supqꝫ satis ¶ Comes. placet ea q̄ dicis atqꝫ pficiūt.

¶ Pars scda smōis de trib9 aliꝭ pparationib9 sacratissie cōionis. An.

Adhuc est alia ppatio sacre cōionis r.p. q̄ dī ois imūditie extirpatio: mētalis. s. ꝛ corpalis: iuxta illud apli ad corin v.ca. Expurgate vetus fermentū: vt sitis noua cōspersio. Abiciēde sunt quippe a mēte omēs male cogitationes. Quia vt habet sup regulā augu. Cogitatio mala parit delectationē: delectatio cōsensum. Sed vt ordinati9 procedā quia de mūditia fecimus mētionē. Ideirco notādū est qd in tribus homo potest esse imūdus ꝛ fetidus. Pmo in corde ppter fetidā affectionē. Scdo in ore ppter ipudicā locutionē. Tertio i ope ppter inhonestā ꝯuersationeꝫ. Pmo inqꝫ homo pōt esse imūdus ꝛ fetidus in corde ppter fetidā affectionē. Et ideo mūdādū est ab imūdis cogitationib9. Cor.n. est tanqꝫ camera spūsalis in qua recipit ꝛ hospitatur de9: que si fuerit imūda nec illā respicere dignatur. Hoc quippe petebat dauid in psal. dicēs. Cor mūdū crea in me deus ꝛ spi.re.in.i.vi.me. Et certe nō mirū si cōicandus hoc petere debet. qꝫ talis ꝛ tantus dñs nō in stabulo quo peius est cor imūdūꝫ hospitādus est. Uociferat igit dñs p ysa.j.c. dicēs. Lauamini mundi estote: auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Et iere.iiij.ca. dicit. Laua a malicia cor tuū. Et precipue mūdandū est cor a fetore carnalis ꝯcupiscētie. Sicut ad corin.vij.c. aplus ait. Mūdem9 nos ab oī inqnamēto carnis ꝛ spūs pficiētes scificationē in timore dñi Et bñ dicit in timore dñi q: vt eccl ij.c. scriptū est. Qui timēt dñm pre-

parabũt corda sua: ⁊ in cõspectu illius sanctificabũt aĩas suas. Scḋo etiã hõ pt eẽ imũdꝰ ⁊ fetidꝰ in ore ꝓpter ĩpudicã locutionẽ. ⁊ iõ mũdãdũ est os ab ĩpudicis locutiõibus. Sunt enim qdã quoꝝ guttur est sicut sepulchrũ: qḋ fetet dũ apit. Sicut ẽ os detractoꝝ: qḋ est ꝓprie os leprosoꝝ q fetore suo circunstãtes inficiunt. De qbus ꝓpha dicit. Sepulchꝝ patẽs est guttur eoꝝ l. s. d. a. Ibi qppe debẽt facere volẽtes accipe sacram cõionẽ more leprosoꝝ. qui leui. xiij c. ꝑcipiunt hr̃e os veste cõtectũ: ⁊ se sordidos ⁊ cõtaminatos ꝓclamore Sic ⁊ male loquẽtes os suũ debẽt veste cõtegere a detractõibꝰ ⁊ ab inhonestis locutiõibꝰ cessare ⁊ se sordidos ⁊ cõtaminatos accusare cõfitẽdo adeo vt eoꝝ quisqꝫ cũ iob, xj. ca. dicere valeat. Purꝰ est sermo meus ⁊ mũdus sum in ꝯspectu tuo: qꝛ si inhonestũ est corã magnis regibꝰ os fetidũ apire. q̃zto magis corã xp̃o. Qui vt apoca. xxj. ca. dicit. Est rex regũ dñs dñantiũ. Tertio insuper hõ põt esse imundus ⁊ fetidus in ope ꝓpter ĩhonestã cõuersationẽ. Et iõ mundãdũ est totũ corpus ab inhonestis cõuersatõibus. vt sit velut vestimẽtum albũ: ⁊ illi conemur assimilari: cuius vt mat. xvij. c. scribit: in transfiguratiõe. vestimẽta facta sũt alba sicut nix. Nã si xp̃ianus quilibꝫ crastina die iturus ad conuiuiũ corporis ⁊ sanguinis xp̃i nõ habet vestimẽtũ albũ p mũtorem mũdicie: timeo ne sibi dicat illḋ mathei. xx. c. Amice quõ huc itrasti nõ habẽs vestẽ nuptialẽ. Et eo obmutescẽte dicat. Ligatis pedibus eius: ⁊ manibus mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stridor dẽtiũ. Sed heu dolẽdum est: qꝛ cras erũt plures q ꝓpter curositatẽ videbunt esse de familia mũdi ⁊ diaboli. ⁊ nõ dei. Propterea dñs cõicaturis p iudã apl̃m. ij. c. clamat dicens. Odiẽtes eã q̃ carnalis est maculatã tunicã. Et gen. xxxij. dicit. Mũdamini ac mũdate vestimẽta vestra Eya igitur dilectissime p. lꝫ mundatis his oĩbus recipe corpus dñi. Qꝛ vt ait grego. Oportet te hr̃e mũdũ cordis hospitiũ. si vis digne recipe xp̃m. ¶ Alia ꝑparatio sacratissime cõiõis dñ ois negligẽtie exclusio. nã si magnũ quẽdã dñm xp̃ianoꝝ qui libet recepturus essꝫ die crastino in domo sua: quãta diligẽtia studeret domũ suã ꝑparare adeo vt nihil inueniret qḋ oculos recepturi dñi offendere posset. Sed q̃zto magis q recepturus est dñoꝝ dñm: ⁊ regnãtiũ regẽ. Idcirco cõicando singulo dñs p ysaiã. lij. ca. dicit. Consurge cõsurge induere fortitudine tua syon induere vestimẽtis glie tue ierusalẽ ciuitas sctã: qꝛ nõ adijciet vltra vt ptrãseat p te icircũcisus ⁊ immundꝰ. Excutere de puluere ꝯsurge sede ierusalẽ. In qbus v̄bis tria vult dñs demõstrare. Primo vt exclusa negligẽtia recepturꝰ cõionem cras mane si cõmode fieri pt hac nocta dũtaxat indutꝰ dormiat: Unã ait.

D syō.i.aīa.fidelis ꝯsurge ꝯsurge id est simul cum alijs qui recepturi sunt sacrā cōmunionem consurge. ⁊ tua fortitudine negligētiā corpa- lē vince. ⁊ indue te hac nocte saltem vt ista pnia modica corpalis ꝑpara tio sit gr̃e sp̄ualis. Scđo vt receptu- rus sacrā cōionē q̄ztū in se est absti nēdi a q̄cūq; culpa mortali ꝓpositū habeat: aliter cū pctō mortali vt do ctor subtilis ait. dn̄icū sacramētu; accipet. Jdcirco ait idure vestimē tis gl̄ie tue. s. inocētie: adeo vt sis ci uitas dei sancta: ⁊ vltra p te nō trāse at incircūcisus cōsensus ⁊ imūdus. Tertio vt receptur⁹ sacrā cōionem pfectā fidē habeat ⁊ firmiter credat q: vt habet in. c. dubi⁹. de here. Du bi⁹ in fide infidelis est. Proinde ait excutere de puluere infidelitatis: cō surge cū catholicis: sede ierusalē ci uitas pacis sup petrā firmā ecclesie ❡ Sexta pparatio sacre cōiōis dī oīs irreuerētie excussio. O quāta re uerentia xp̄iani accedere debēt ad sacrā cōionē: q̄zta honestate cuncto rū sensuū qs exprimere valet. Pro pterea hoīes de p se: ⁊ m̄keres d p se ire ad cōicādū studeāt. Hoīes vero capite discooperto ⁊ ad collū cigu lo posito saltē lacrimis mentis cōi cēt. Mulieres vero velate facie q̄z tū decet: nō ornate sed humil'r ⁊ re uerēt accipiāt dn̄icū corp⁹. scribit eni eccle. xxxij. c. Pro reuerētia ac cedet tibi bōa gr̃a. Propterea mar tin⁹ papa qnt⁹: āno dn̄i. m. cccxxx. pōtificat⁹ sui ano. xij. ordinauit m'l ta ad honorē tāti sacri. Primo du- plicauit idulgentiā: q̄ primit⁹ erat in eius solēnitate. Scđo addidit q̄ qui in vigilia pdicte solēnitatis ie- iunaret vel aliqd boni loco ieiunij fecerit cētū dies indulgētie suoꝝ ha beat petōꝝ. Quā indulgētiā simil'r lucrer̄ q pcessionē sequit̄ q̄ fit in ea de; solēnitate. ⁊ simil'r q cū lumine vel incēso exierit obuiā qū eucha- ristia portat̄ infirmo. Et qui sine lu mine exierit habeat. xl. Hec autem oīa euge. papa q̄rtus cōfirmauit: et duplicauit. Nec īmerito. q: .j. regū ij. ca. scriptū est. Qui honorificabit me glorificabo eū dicit dn̄s. Itaq; ait apl's ad heb. xij. c. regnū imo bi le suscipiētes habemus gr̃a; p quā seruiam⁹ placētes deo cum metu et reuerētia. ❡ Comes.

Hoc qppe itellectu dici pt q̄d Oecceli ij. c. scriptū ē. Ne glorie ris i cōtumelia patris tui. s. dei. Nō eni est tibi gloria sed cōfusio.

❡ Pars tertia sermōis de tribus alijs ꝑparatiōib⁹ sacre cōionis. A.

Sit qdez r. p. alia ꝑpara- tio sacre cōionis q̄ dī di- screta ꝑmeditatio. Nam qui sacrā sumpturus est cōionē: dz ꝑmo ꝑmeditari quāte sit necessitatis. q: io. vj. c. scribit. Amē amē dico vob' ait iesus. nisi mandu caueritis carnē filij hoīs: ⁊ biberitis ei⁹ sanguinē: nō hēbitis vitā in vob Et lz xp̄iani vt supi⁹ dictū est ad tm̄ sacrm̄ accipiēdū sacramētal'r. s. per receptionē hostie cōsecrate vel vini

nō obligent: nisi dūtaxat semel ī anno postq̄ȝ ad ānos discretōis puenerit vt extra de pe. ⁊ re. c. oīs vtriusq̄ȝ sexus dicit. Tñ ad ipsum recipiendū spiritualiter p fidē ⁊ dilectionē semp obligant. Et ita in tali premeditatiōe duo ꝯcurrūt. s. cognitio vera ⁊ dilectio feruida. Per cognitionē fidei debȝ sūptur⁹ eucharistiā recogitare xp̄m a discipl̄o traditū ex cupiditate: a iudeis ex iuidia ⁊ malignitate: a p̄re ex caritate: a seipso ex benignitate. Deīde cōp̄hensuȝ: ligatū: flagellatū: ꝯsputū: illusū: velatū accusatū: condēnatū: crucifixū: mortuū: tumulatū. Sic inquā p fidē cogitare est corp⁹ xp̄i spūalr̄ masticare. Per dilectionē vō feruidā debȝ hō affici circa ip̄m ex deuotiōe aīari ad sustinenduȝ p eo si oportuerit oēm passionē cōformari ei p imitationē ⁊ ꝯuertere ī ip̄m totā cordis dilectionē: q̄r talē ac tātā aduersus semetipsū sustiuit a pcōrib⁹ ꝯtradictionē. Debȝ scd̄o sūptur⁹ cōionē p̄meditari quāte sit vtilitatis. Proinde ioħ. vj. c. Qui mādūcat meā carnē ingt xp̄us: ⁊ bibit meū sanguinē hȝ vitaȝ eternā. que inchoatur p grām ip̄ius iustificantē: p̄seruat p grāȝ ip̄sius roborātē ⁊ cōtinuat p gl̄iam ip̄sius cōfirmātē. Debȝ tertio sūptur⁹ cōionē p̄meditari q̄te sit nobilitatis. Nā d cō. di. ij. c. nihil dr̄. Nihil ī sacrificijs mai⁹ eē pt q̄ȝ corp⁹ ⁊ sanguis xp̄i. Nec vlla alia oblatio hac potior est. sȝ oēs hec p̄cellit. Et qd miȝ Dit enī xp̄s ioħ. vj. c. Caro enī mea vere est cibus ⁊ sanguis meus vere est potus. Ubi est caro beata: aīa beatior: deitas beatissima. caro sancta: aīa sanctior: deitas sc̄tissima: caro gratiosa: aīa gratiosior: deitas gratiosissima. Talis cibus ⁊ pot⁹ facit hominē vnitū deo magis vniri. Approbatū magis approbari: gratificatū magis gratificari: elongatū a malo magis elongari: cōfirmatū in bono magis confirmari. Debet quarto sumptur⁹ cōionē p̄meditari quāte sit cōgruitatis: quia sub cōgruis specieb⁹ panis ⁊ vini institutum est ⁊ traditū sacramentū istud. Quia sicut panis triticeus est nobilior ⁊ efficatior ⁊ splēdidior ⁊ sapidior ⁊ magis cōgruus nature nr̄e omni pane: ⁊ vinū vitis potus est delicatior ⁊ suauior omni potu. Ita caro xp̄i ⁊ sanguis verissim⁹ etiam nobilissim⁹ est cibus aīe. Sub istis specieb⁹ institutū est vt per speciem panis significemur fuisse redempti in corpore: ⁊ per speciē vini redēpti in aīa. Sub istis etiā specieb⁹ institutuȝ est ⁊ velatū ne sensus noster carnē xp̄i verā ⁊ sanguinē sumere abhorreret: ⁊ potius ad horrorē ⁊ crudelitatē excitaremur q̄ȝ ad amorē ⁊ caritatē. Propterea. j. ad corin. xj. ca. apl̄s ait. Accepit iesus panē ⁊ grās agens fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ mā ducate hoc est corpus meū. Similr̄ ⁊ calicē postq̄ȝ cenauit di. Hic calix nouū testamētū est in meo sanguīe Debet quinto sumptur⁹ cōionē p̄meditari quante sit mēorabilitatis.

Un͞ pme ad cori.xj.c.aplˢ ait.Quotiescūqꝫ.n.mādūcabitis.p.hūc zca.bi.m.d.a.do.veniat.Ñāq̄ n xpian° ad cōionē accedit:dꝫ habere in memoria mortē xp̄i:z habere p̄ oculis passionatū:z vētur̄ ad iudiciū ad donādū tāto bn̄ficio gratis meritū ingratis supplicii. Et h̄ ē qd̄ dr̄ in auctoritate p̄dicta:mortē dn̄i ānūciabitis dōec veniat.s.ad retributionē futurā.Jō s̄bdit:h̄ facite in meā ɔmeoratiōnē. De hac mēoria trem̄.iiij.c.scribit.Memoria memor ero z tabescet in me aīa mea. Mēoria s.pterite mortis dn̄i:z mēor ero memoria.s.futuri iudicij z sic tabescet in in me aīa mea.Debꝫ.vj.sūpturus sacrā cōionē pmeditari q̄te sit idoneitatis ad tale sacramētū suscipiēdū.Juxta illō pme ad cori.xj.c.pbꝫ seipm hō z sic de pa.illo edat z de.c bi. ille qdem se bn̄ pbat q vt dictū est supra habet dolorē cōtritionis. ruborē cōfessionis:z laborē satisfactiōis.Debet septio z vltimo sūpturus cōionē pmeditari q̄te sit piculositatis.Or ab aplo ibidē dr̄. Qui cūqꝫ mā.vel bi.c.d.in r.e.cor.z san. dn̄i. ¶ Penultia pparatio sacre cōionis dr̄ deuota z hūilis oīo. Profecto quilibet hūiliter z deuote orare debet ha[…] ocie intra cubiculū suū clauso ostio vanegl̄e:vt dign° inueniat in cōspectu dn̄i tm̄ respicere sacramētum. Hic math.vj.c.scptū est. Tu aūt cū ora.itra.cu.tu.z ora p̄rez tuū. Ubi grego.ait.Jngressus i cubiculū est cordis reuocatio: z clausio ostij est cordis intētio. Qd̄ fieri debet saltē in aurora cras mane: et dicere cū pp̄heta. Et ego ad te dn̄e cla.z m.o.m.p̄.te. ¶ Ultia pparatio sacre cōionis dr̄ caritatiua feruēsqꝫ deuotio. Est eni deuotio fm̄ quosdā teneritudo cordis: qua qs de facili in lacrimis resoluit.Uel fm̄ alios. Deuotio est feruor bone volūtatis quā mēs cohibere nō valēs certis indiitijs manifestat. Hac igit̄ deuotiōe xp̄iana mens cras mane sursū eleuet:terrena ɔtēpnēs: z dominicū suscipiat sacramētū:q̄tinus resurgēs a vitijs z in gr̄a pseuerās: tandē ad eternā pueniat gl̄iaꝫ.Ubi gl̄iosus dei filius mortis deuictor: inferni p̄redā secū tenēs cū ingenito p̄re:z paclito sp̄u sc̄tō viuit z regnat in secula seculorꝫ Amen.

¶ Sermones quadragesimales de vitijs Reuerēdi patris fratris Antonij de Bitonto:ordinis minorū de obseruantia:exacta cura z diligentia reuisi emendatiqꝫ:iussu z impensis Nicholai Frankfordh. Arte itē Johannis hertzog impressoris: Jn venetiarū vrbe:felici numine expliciunt Anno natiuitatis xp̄i post millesimū q̄terqꝫ centesimū nonagesimonono. xvj.Kalendas Martij.


·I·H·

